REGIA BIBLIOTECA DELL' UNIVERSITÀ DI TORINO
D. V. 21 8.

Pro Comment.ª Regiminis Regis

Dñus Salvis Ocanis de Sayaredis Cameris
a Dñorum ingius suæ Palatij Majestatis
gratis mihi et amore Dei me existente
Anno D. 1663. Quinq 23 mens. a
Rec.mo Magistro D. Raimundo Capisucco

Primitus agnat opinia quæ propter debet

SYLLABVS MAGISTRORVM

SACRI PALATII APOSTOLICI.

AVTORE

F. VINCENTIO MARIA FONTANA
De Melide Nouocomen. Diœc. Sac. Theol. Mag.
Ordinis Prædicatorum.

REVERENDISSIMO PATRI

F. RAIMVNDO CAPISVCCO

Sacri Palatij Apostolici Magistro Dicatus.

Comprobes J. Augustini Nevij.

ROMAE, Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassij M. DC. LXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

SYLLABVS
MAGISTRORVM
SACRI PALATII APOSTOLICI
A R T O A E
EVINCENTIO MARIA FONTANA
De Melide Nouocomen. Diuc. Sac. Theol. Mag.
Ordinis Prædicatorum.
REVERENDISSIMO PATRI
FRAIMVNDO
CAPISVCCO
Sacri Palatij Apostolici Magistro Dicatus.

ROMAE. Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassij. M. DC. LXIX.
SVPERIORVM PERMISSV.

REVERENDISSIMO PATRI

F. RAIMVNDO CAPISVCCO

ORDINIS PRAEDICATORVM.

SACRI APOSTOLICI PALATII MAGISTRO.

F. VINCENTIVS MARIA FONTANA F.

QVEM Syllabum de PP. Magistris Sacri Palatij texui, is Tibi P. Reuerendissime dicari debuit, in quo tam clarè splendet gradus ille, vt minus ab illo tu, quàm ille à te ornetur. Certè series hæc numerosa, cum in te deuenit, numeros omnes impleuit, quod Tù omnibus numeris absolutus Magister ei coronidem imposueris. Multæ in singulis, ac præstantes virtutes fuerunt, quarum te Sum-

mam animatam videmus; vt cum eas dispersas, fusasque per cæteros longo, & interciso oculorum tractu paulatim viderimus, in te decurso iam Syllabi spatio, vno simul ictu collectas videamus. Adijciunt Lumen Stemmata, & Arma Gentilitia familiæ Capisucchæ non recenti nitore tersa, sed antiqua fuligine fumosa, inter quos ignes nobilitatis, lux ingenij tui, & doctrinæ, & fax præclara virtutum manifestius apparet. Iam verò munus hoc Tibi commissum tam perfectè obis, vt non modò cæteris exẽplo ad illud administrandum, sed loco etiam ideæ esse possis; nam siue Conciones in Apostolico Palatio prò tuo munere habeas, siue sententiam tuam in Theologicis proferas, siue libros recognoscas, eximium te in omnibus ostendis.

dis. Opera edenda accuratè examinas, quidquid de eis decernis, cum censes, id præiudicium est, vel futuræ vtilitatis ex approbatione, vel detrimenti ex confixione. Nobiles semper cogitationes alis, generosas curas nutris, sanguini, & indoli tuæ similes, quæ in opera illustria prodeunt, quorum præclarum quotidie specimen præbes. His Tu Reuerendissime Pater dotibus apud Summum Pontificem ALEXANDRVM SEPTIMVM gratiam, apud Principes viros laudem, apud omnes famam comparasti. Quibus ego rationibus motus præsidium à Te, & lucem inscripto nomine tuo operi volui afferre, quod spero fore tum Tibi iucundum, tum Religioni nostræ honorificum, tum literariæ Reipublicæ fructuosum. Vale nostri Ordinis Decus, & Ornamentum.

Nos Fr. Franciſcus Galaſinus Sac. Theolog. Profeſſor, Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum, & Inquiſitor Peruſiæ. & Vmbriæ.

TEnore præſentium facultatem concedimus A. R. P. Magiſtro Fr. Vincentio Marię Fontana ſeruatis ſeruandis, imprimendi librum, cuius titulus. *Syllabus de Magiſtris Sacri Palatij Apoſtolici*, iuſſu noſtro ab Adm. R P. Magiſtro Leonardo Hanſen Prouinciali Angliæ recognitũ, & approbatum. Datum Romæ in Conuentu noſtro S. Mariæ ſuper Mineruam. Die 26. Februarij 1663.

Fr. Franciſcus Galaſinus Vicarius Generalis Ordinis, & Inquiſitor Peruſiæ, & Vmbriæ.

Regiſtr. fol. 79.

Fr. Dominicus Maria Aſcintti S. Theol. Lector, & Socius.

Fonti

FOnti *Rogel* celebre in Sacris literis est nomen, quod lectum ordine retrogado (: hebræis vsitato :) fit latinum, aitque *lego*R. Esto itidem *Rogel* præsens *Fontana*, legatur, vt cui hìc nihil non lectu dignissimum effluit, dum ex abditis monumentorum latebris verorum S. Apost. Palatij Magistrorum illimem, clarum, limpidum promit catalogum. Itaque *legatur* ordine quo libuerit, nam semper liquidus inoffensæ veritatis occurret trames. ita censeo. Romæ Calendis Februarij *1663*.

F. Leonardus Hanſen, Sac. Theol. Magiſt. & Provincialis Angliæ Ord. Præd.

IVssu Reuerendissimi P. Sacri Apostolici Palatij Magistri Librum cuius titulus est, *Syllabus de Magistris Sacri Palatij Apostolici, Autore R. P. Magistro Fr. Vincentio Maria Fontana Ordinis Prædicatorum* vidi, ac diligenter perlegi, in quo non solum quidquam reperi Catholicæ Fidei, aut Bonis Moribus dissonum, sed & non vulgari, & sine fuco eruditione refertum, atq. adeo non exiguam sacrarum antiquitatum curiosis vtilitatem allaturum, & propterea Typis mandari posse censeo. Romæ die 11. Februarij *1663*.

D. Ferdinandus Vghellus Abbas Ordinis Cisterciensis.

Impri-

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

O. Archiepisc. Patracen. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Seraphinus Bertolinius Socius Reuerendissimi Patris Magistri Sacri Palatij Apostolici Ordinis Prædicatorum.

MAGISTRORVM SAC. PALATII APOSTOLICI

Origo, Honores, Onera.

NOBILIS Magisterij Sacri Palatij Præfectura à S. P. Dominico in Romana Curia omnium primo obtenta, tale habuit exordium, teste Maluenda in Annalibus Ordinis nostri, testimonio ex Flaminio in hunc modum desumpto. *Sanctæ Sabinæ Monasterium vicinum erat Pont. Max. ædibus. Quare cum B. Dominicus cerneret quotidie occupatis cum Pontifice Cardinalibus, eorum Ministros in Aula varijs deambulationibus, ac nugis tempus terere, indoluit, & Pontificem adijt, ac dixit, turpe, & damnosum esse, tempus à tanta multitudine in cassum teri, sibique videri vtile futurum, si tantisper, dum Cardinales cum eo in negotijs Ecclesiæ occupantur, quispiam doctus vtile aliquid publicè interpretetur. Placuit admodum Honorio consilium, & ipsi, qui consuluerat (nam magnus in sacris literis vir erat)*

id negotium dedit, quod libenter suscepit ille, & quotidie Pauli Apostoli, magno auditorum consessu, & attentione interpretari Epistolas cœpit. Atque adeo res placuit, vt deinceps institutum sit, vt ex Ordine Prædicatorum ad eiusmodi munus aliquis semper eligeretur, & dignitatis ille titulo, qui delectus fuisset, insigniretur, Sacri Magister Palatij diceretur. Codex autem ille, quo vsus est B. Dominicus, Epistolarũ Pauli, Tolosæ in S. Romano seruatur.

S. Antoninus autem 3. p. Histor. tit. 22. cap. 2. ita ait. *Ad sapientiam scripturarum, & Sac. Theologiæ, totum se applicans B. Dominicus, amore eius noctes ducebat insomnes, vt sacra eius testatur historia; indeque hausit auidè, quod postea effudit abundè: Magisterque factus in Sacra Theologia, primusque Magister Sac. Palatij, quæ postea dignitas Ordini Prædic. fuit indulta, legit in Curia Romana, & in alijs locis plures libros paginæ sacræ, disputans frequenter contra hæreticos, & prædicans, & exhortans cunctos fideles, & maximè per Ordinem suum, cui soli collatus est titulus Prædicatorum.*

Talem institutionẽ verò contigisse anno milleſimo ducenteſimo decimo octauo, refert idem Maluenda in Annal. Ord. ad annum præfatum, ita subdens. *Hoc eodem anno* (scilicet 1218.) *creatum S. Dominicum ab Honorio III. primum Magistrum Sacri Palatij Apostolici, eamque præclaram functionem tunc primùm in Domino coeptam, & institutam, Ordini Prædicatorum postmodum continenter inhæsisse, ad hanc vsque nostram ætatem, auctores, & certa Ordinis monumenta abundè fidem faciunt.*

Fuit

Fuit postmodum hoc nobile Magisterium à Summis Pontificibus multis honoribus, & præeminentijs condecoratum.

Eugenius Papa IV. qui ad purpuram euexit, nunquam scriptorum calamo satis commendatũ virum, P.F.Io: de Turrecremata anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono, dum Sacri Palatij Magisterium in Romana Curia obtineret, cum illius doctrinam maximam, Apostolicis literis Romæ an. 1436. datis, commendasset, asserendo Ioannis scientiam, virtutes, ac probitates, sibi, Apostolicæ Sedi, Romanæque Ecclesiæ plurimùm profuisse, eidem in tali munere constituto aliquid præmij concedere volens, & omnibus alijs Magistris Successoribus suis pro tempore existentibus, sequentia Apostolica decreta edidit.

Primò. Magistrum Sacri Palatij in omnibus consuetis honoribus, & præeminentijs reintegrauit.

Secundò. In Cappella Pontificia dedit ei locum post Decanum Sacræ Rotæ, qui Papæ deseruit ad Mitram.

Tertiò. Solus ipse Sermones in Cappella recitandos recognoscat, nullusq; in eadem peroret sermocinando, qui ab eodem non sit designatus.

Quartò. In casu, quo contingat ipsum à Curia abesse, possit de licentia Sum. Pont. in suo loco alium cum eisdem honoribus, & præeminentijs substituere.

Quintò. Cum priùs ex consuetudine Magister Sacri Palatij concedere soleret licentiam Theologiæ Doctoribus legendi pro gradu, & forma Magisterij, quibus & insignia magistralia conferebat, decreuit Eugenius, nullum, præter Sac. Palatij Magistrum, facultatem habiturum inposterum promouendi aliquem ad Theologiæ Doctoratum in Romana Curia, præuio tamen examine coram viris ab ipso deligendis. Literæ autem Apostolicæ datæ fuere an. 7. sui Pontificatus existuntque in Vaticano Regest. eiusdem Eugenij fol. 24. & sunt sequentes.

EVGENIVS PAPA IV.

Dilecto Filio Ioanni de Turrecremata Ordinis Præd. in Sac. Pagina Professori Sac. Palatij Apostolici Magistro. Salutem & Apost. Benedict.

DVm ex pluribus virtutibus tuis, quibus famæ laudabilis testimonio commendabaris à nobis, postmodum experientia approbatis, te Sac. Apostolici Palatij Magistrum cum officio,

ficio, exercitio, emolumentis, honoribus, & priuilegijs consuetis deputauimus, prout in literis Apostolicis superinde confectis latius continetur. Cum autem scientia, virtutes, & probitates tuæ nobis, Sedi Apostolicæ, & Rom. Ecclesiæ plurimum per hæc tempora fuerint fructuosæ, cupientes eisdem, vt tenemur, aliquali ex parte retribuere, & commissum tibi Magisterium propter te in consuetis honoribus reintegrare, ac nouis honorare, vt in Cappella nostra, dū Diuina celebrantur officia, ac in publicis, & generalibus Consistorijs, & alijs publicis actibus, tu, & successores tui, immediatum post dilectum filium Decanum dilectorum filiorum Cappellanorum nostrorum, & causarum Palatij Apostolici Auditorum, qui in obsequio Mitræ pro tempore nobis ministrat, teneatis, & habeatis; quodque eos, qui in dicta Cappella coram nobis sermocinaturi erunt, vt pro data vobis à Domino prudentia Viros doctos, & scientia, & sermocinandi peritia præstantes, qui materiam, de qua sermonem facturi erunt, vobis manifestare teneãtur, quibusque sermones pro tempore, & festiuitatum occurrentiū imponere possitis, valeatis, atque debeatis. In super cum iuxta antiquam laudabilem consuetudinem omnes in Theologia

do-

doctorandi in Romana Curia non nisi ab huius modi Magistro Sac. Palatij legendi licentiam pro forma Magisterii, & insignia suscipere consueuerint, quod nullus imposterum, Vniuersitate Ciuitatis, in qua Curiam esse contigerit, dumtaxat excepta, possit legere, vel in Theologia in prædicta Romana Curia per aliquem doctorari, sed vos viros sæculares considerata peritia, & vitæ honestate, aliisque ad id requisitis: Religiosos verò quorum Generalium licentia, si erunt digni & idonei ad lecturam scientiarũ, & Bibliæ, promouere, ac Bacchalaureos instituere possitis, & lectura cõpleta, habito proborũ Magistrorum, quos decreueritis assumendos, priuato examine, prædicta Magisterii insignia eis dare, & concedere, vt sic Magistrati gratiis, & priuilegiis, quibus alii Theologiæ professores gaudent, ipsi etiam vti, & gaudere possint, & valeant, auctoritate Apostolica concedimus per præsentes. Volentes, & auctoritate prædicta declarantes, vt omnes tui in dicto officio Successores, ac illi, quos in vestrorum locum quoties pro factis Ecclesiæ, aut alia emergente causa, vos contigerit à Curia absentare, de nostra licentia substituere decreueritis, quibuscumque priuilegiis, & indultis supra concessis vti valeant, & gaudere: Constitutionibus Apostolicis,

ob

licis, priuilegiisque quibus vis personis, aut vniuersitati sub quauis verborum forma concessis, de quibus etiam de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, ac aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque &c. nulli ergo &c. Datum Romæ anno 1436. 3. Kal. Nouemb. anno 7. &c.

Calixtus Papa III. P. F. Iacobo Ægidio Sacri Palatii Magistro, eiusque Successoribus in hoc munere constitutis, confirmauit authoritatẽ eidẽ ab Eugenio concessam, eligendi eos, qui coram Papa sermonem essent habituri, addendo, debere Magistrum tales sermones corrigere, & recitantes illos, si opus fuerit, etiam coram Pontifice Max. corripere, priuatiuè quoad ōmnes alios, etiam cœremoniarum Magistros. Datis Apostolicis literis Romæ an 1456. Idib. Nouembr. Pontificat. sui 2. quæ in eiusdem Pont. Regest. Vatican. fol. 17. existunt, & ab Oderico in Annal. Eccles. etiam adducuntur. Suntque sequentis tenoris.

CALIXTVS PAPA III.

Ad futuram rei memoriam.

LIcet vbilibet ad seminandum Verbum Dominicum, Apostolica Sedes decreuerit operarios fore ex omni religione viros idoneos assumen-

ſumendos, illud tamen in Alma Palatii Apoſtolici Cappella, in qua ad Romanum Pontificem vndique ex diuerſis mundi nationibus confluentes viri famoſiſſimi ſedulo conueniunt, & in qua veluti ex Chriſtianæ ſapientiæ, & eloquentiæ fonte quæuis doctrina imbibitur, eo ſtudioſius & accuratius agi voluit, quo vniuerſus orbis ea, quæ apud Sedem ipſam aguntur, tanquam præclariſſimum quoddam ſalubris eruditionis intuetur exemplar, & quo periculoſius foret ſi in Dominica traditione quantumlibet exiguus aſſeueretur error, quam Sedes ipſa ſinceram, & puram, ſine ruga, vel macula fidelibus toto orbe miniſtrare procurat. Hac igitur conſideratione moti, nonnullorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui inter alia ſtatuerunt, & iniunxerunt, vt nullus in eadem Cappella, ſermonem verbi Dominici habere præſumeret, niſi priùs à Magiſtro dicti Palatii pro tempore exiſtente examinatus & correctus, ac pro idoneo iudicatus foret, veſtigiis inhærentes, ac periculis, quę propter ignorantiam, vel temeritatem quorundam, qui non ſubacto examine, huiuſmodi ſermones ipſos in eadem Cappella nonnunquam proferre temere præſumpſerunt, facile poſſent emergere. Præſentis conſtitutionis edicto occur-

rere

rere cupientes, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia statuimus, & ordinamus, quod nullus de cætero cuiuscumque præeminentiæ, gradus, ordinis, vel dignitatis existat (venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus dumtaxat exceptis) sermonem in eadem Cappella præsumat habere, nisi illud sibi à dicto filio Fratre Iacobo Ægidij Ordinis Prædicatorum Sacræ Thelogiæ professore moderno, & pro tempore existente Magistro Sacri Palatij fuerit ante commissum, ipseque sermo ab eodem Magistro præuisus, accuratus, examinatus, & si opus extiterit, ante correctus, & emendatus, ac sufficiens, vt in conspectu Romani Pontificis haberi valeat, reputatus: ille verò, cui hoc commissum fuerit, vt præfertur, neminem possit loco sui, sine ipsius Magistri petita, & habita licentia subrogare. Magister autem præfatus, in cuius humeris super hoc cura dicti Pontificis requiescit, in huiusmodi sermonibus, ea, quæ ad integritatem fidei orthodoxæ, salubritatem doctrinæ, & omnium reuocationem scandalorum pertinent, nec non ad fastidiosæ prolixitatis moderamen diligenter intendat. Si quis verò tantum de se ipso præsumeret, vt

correctionem huiuſmodi humiliter fortè recipere recuſaret, ex tunc liceat eidem Magiſtro ſermonem ipſum alteri, niſi illud temporis anguſtia prohiberet, committere: alioquin ſermonem eundem pro ea die, ſi ſibi videatur, prohibere. Quòd ſi fortè quiſpiam ita temerarius fuerit, vt illud, in quo correctus ab eodem Magiſtro extiterit, in dicta Cappella ſermocinando, malitiosè enunciare præſumpſerit, ex tunc ad amplius in dicta Cappella perorandum indignus cenſeatur, ac excommunicationis ſententiæ ſe ſubiacere nouerit eo ipſo, & nihilominus ab eodem Magiſtro publicè, etiam noſtro in conſpectu, acriter arguatur. Sacriſta autem, vel Subſacriſta, necnon Magiſtri, & Clerici ceremoniarum de huiuſmodi ſermonibus agendis, vel non agendis, ſiue pronuntiandis, non aliter ſe, niſi quantum eis per Magiſtrum præfatum iniunctum fuerit, quomodolibet intromittant. Volumus autem quod ipſe Magiſter, quoties ipſum ab eadem Cappella infirmitate, aut alio impedimento legitimo abeſſe contigerit, ſubſtituendi ibidem alium loco ſui liberam habeat vigore præſentium facultatem; non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcũ-

que

que. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrũ anno Dom. 1456. Id. Nouemb. Pontificatus nostri 11.

Neque in Vrbe, neque in toto eiusdem districtu libri imprimi possunt absque illius licentia, & approbatione; ex decreto Apostolico Pauli V. in sacra S. Inquisitionis Congregatione die 11. Iunij an. 1620. sancito, quod est tale.

Feria 5. die 11. Iunij Anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi M.DC.XX.

In Generali Congregatione S. Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram Sanctiss. D.N. Paulo Diuina Prouidentia Papa V.

SAnctissimus D. N. Paulus Diuina prouidẽtia Papa Quintus, vt erroribus, qui in librorum impressione obrepere, & committi solent via penitus occludatur, opportuno remedio prouidere volens, inhærendo Sac. Concilio Lateranensis sub Leone X. Sessione 10. & regulis Indicis librorum prohibitorum, iussu Concilii Tridentini editi à fel: rec: Pio Quarto, & deinde à Clemente VIII. Summis Pontificibus prædeces-

cessoribus suis approbatis, & confirmatis, re-
etiam cum Illustrissimis, & Reuerendissimis
DD. Cardinalibus Congregationis S. Officii
communicata, & maturè perpensa, motu pro-
prio, ex certa scientia, & mera deliberatione, de-
clarauit, & decreuit, vt non solum in hac Al-
ma Vrbe Roma à Vicario Sanctitatis suæ, &
a Magistro Sac. Palatii Apostolici, iuxta eius-
dem Concilii decretum, omnes libri, & quæ-
cunque aliæ scripturæ imprimendę examinari,
& approbari debeant antequam imprimantur;
sed etiam in tota Romana Prouincia huiusmo-
di examinatio, & approbatio accuratè fiat ab
Episcopo loci impressionis, vel alio de eiusdem
Episcopi mandato, ac ab eodem Sac. Palatii
Apostolici Magistro ad id specialiter deputa-
to à prædicta Congregatione Sancti Officii, ad
quam simul, & ad Episcopos locorum eiusdem
Romanæ Prouinciæ, in quibus non sunt Inqui-
sitores, Sanctitas sua solum hoc impressionis li-
brorum, & aliarum scripturarũ negotiũ in eadẽ
Prouincia Romana spectare voluit, & declara-
uit. Mandans insuper Sanctitas sua, vt eadem
Sac. Congregatio in dicta Romana Prouincia
omnia, & singula in prædictis Indicis regulis
con-

contenta, exactè obseruari curet & faciat. Inhibens propterea Vniuersis & singulis Librorum Impressoribus, ac Bibliopolis sub censuris & pœnis in dicta Constitutione fel: rec: Leonis X. & in prædictis regulis Indicis contentis, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, aliisque arbitrio eiusdem Sac: Congregationis, etiã Corporis afflictiuis pœnis, ne in dicta Prouincia Romana libros & Scripturas, antequam ab Episcopo Loci, seu alio de eiusdem Episcopi mandato, & præterea à prædicto Sacri Palatii Apostolici Magistro examinatæ, & approbatæ fuerint, quoquo modo imprimere, aut venales habere, seu proponere audeant, vel præsumant. In contrarium facientibus nõ obstantibus quibuscunque. Et ita mandauit perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquã prætendi possit, quod præsens decretum, seu illius exempla ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perinde, acsi vnicuique personaliter intimata fuissent, quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicu-

cuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Andreas de Pettinis S.R.& Vniu. Inquis. Not.

Constitutio verò Leonis PP.X supra cit. talis est.

LEO DECIMVS.

In Conc. Lateranensi. Sessione 10. De impressione librorũ.

NOs, ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinæ coalescãt, vel medicinis venena intermisceãtur. Volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere, hoc sacro approbante Concilio, vt negotium impressionis librorum huiusmodi eò prosperetur feliciùs, quo deinceps indago solertior diligentiùs, & cautiùs adhibeatur: statuimus, & ordinamus, quòd de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcumq; scripturam, tam in Vrbe nostra,

ſtra, quàm alijs quibuſuis ciuitatibus, & diœceſibus, imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi priùs in Vrbe per Vicarium noſtrum, & Sacri Palatij Magiſtrum: in alijs verò ciuitatibus, & diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ, libri, ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendæ, ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis, ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecùs præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſine ſpe remiſſionis, ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat: ac demum ingraueſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuũ, vel Vicarium noſtrum reſpectiuè per omnia iuris remedia caſtigetur; quod alij eius exemplo ſimilia minimè attentare præſumant. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ in

pu-

publica Basilica solemniter celebrata anno Incarnationis Dominicæ 1515. 4. Maij, Pontificatus nostri anno 3.

Nullus in Vrbe, seu intra eius ditionem existens, imprimendos libros extra Ecclesiasticum statum, absque illius approbatione mittere potest ex Apostolico Vrbani VIII. decreto in Sacra S Inquisitionis Congregatione constabilito die 18. Septemb. ann. 1625. quod est sequentis tenoris.

Feria 5. die 18. Septemb. M.DC.XXV.

In Generali Congregatione S.R. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D.N. Vrbano diuina prouidentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reuerendiss. DD.S.R.E. Cardinalib. aduersus hæreticam prauitatē Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apost. specialiter deputatis

SAnctissimus D. N. pro debito sui Pastoralis Officij corrigere volens abusus nonnullorū in statu Sedi Apost. mediatè, vel immediatè subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum statum absque vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, vbi degunt, appro-

ba-

bationè, imprimendos transmittunt : statuit & decreuit, vt inposterum nemo in statu prædicto degens; cuiusuis conditionis, gradus, ordinis & dignitatis existat; libros de quauis materia tractantes, & vbicumque compositos, audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressa, in scriptis approbatione Illustris. & Reuerendiss. D.Card.S.D.N. Vicarij, & Magistri Sacri Palatij, si in Vrbe; si verò extra Vrbem exist at, sine Ordinarij,& Inquisitoris loci illius, siue ab ijs deputatorum facultate, & licentia, operi præfigenda. Libros autem, quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit; præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligẽdas,absq;alia declaratione,ex nunc prohibet, & pro expresè prohibitis haberi vult,& mãdat. Contrarijs quibuscumque non obstantibus,&c.

Io: Antonius Thomasius S.R. & Vniu.Inquisit.Not.

Extat huiusmodi Apostol. Constitutio in Bullario.

Est Iudex ordinarius in Vrbe quoad impressionem, publicationem, introductionem, extractionem,emptionem, ac venditionem librorum, imaginum, & quorumcumque edendorum, seu editorum.

Legendi, retinendique prohibitos libros facultatem concedit. Impressoribus omnibus, Bibliopolisque præest; ad ipsumque imprimendi ac publicandi impressos libros licentiam impertiri spectat.

Initio Præfecturæ assumptæ in horum omniũ obseruationem. Edictum euulgat, quòd cuncti præfati, Vrbisque Portarij apud se retinere coguntur sub pœnis in eodem statutis; estque sequentis tenoris:

EDITTO

Del Maestro di Sacro Palazzo.

ESsendosi per esperienza conosciuto grauissimo esser il danno, è pregiuditio, che suol apportare la lettura de i Libri cattiui alla purità della Fede Cattolica, e de buoni costumi, non senza notabile offesa di Sua Diuina Maestà, e detrimento dell'anime. Per espresso ordine, e commissione di N. S. Papa Innocentio X. con il presente Editto, Fr. Raimõdo Capizucchi Maestro del Sacro Palazzo, e Giudice ordinario &c. commanda, e prohibisce sotto pena della perdita de libri, e di trecento scudi, & altre pene anco

anco corporali ad arbitrio (oltre le censure, & pene contenute nelli Sacri Canoni, nell'Indice de' Libri prohibiti, nella Bolla in Cœna Domini, & in altre Constitutioni Apostoliche) che nessuno ardischi di portare dentrò, ò fuori di Roma, tenere, comprare, vendere, donare, imprestare libro alcuno prohibito, ò sospeso di qualsiuoglia titolo, senza sua espressa licenza in scritto. Et in caso che alcun libro prohibito sia portato à vendere à qualche Libraro, ordina S.P. Reuerendissima che sia dal Libraro ratteuuto alla presenza di vn' altro Libraro più vicino, e due testimonij; e che in capo à otto giorni deua hauerlo portato al P. Reuerendissimo, ò suoi Compagni; il che anche si intende de medesimi Libri in qualsiuoglia altra maniera, che li habbino, sotto l'istessa pena di sopra.

2 Di più per il presente editto si riuocano tutte le licenze date da' Maestri di Sacro Palazzo, tanto in voce, quanto in scritto, ò in qualsiuoglia altra maniera; & chi trasgredirà, s'intenda incorso nelle pene già dette contro quelli, che tengono libri prohibiti senza licenza.

3 Che tutti i libri, historie, orationi, lunarij, imagini, ò figure, & qualsiuoglia cosa stam-

pata, ancorche minima, che si portarà in Roma, debba esser consegnata alla Dogana, ò presentata à lui, ò a suoi Compagni, da quali habbino espressa licenza; & le liste de' libri che vsciranno di Roma si faccino giuste, con esprimere il titolo del libro, l'Autore, il luogo, e tempo delle Stampe, e Stampatore, sotto pena della perdita de' libri, e di scudi cinquanta, più e meno secondo la qualità de' libri, e del delinquente.

4 Che nessun Circolatore ardisca di portare, ò vendere in Roma cosa alcuna con ricette, se prima non haurà presentate le sudette ricette à S. P. Reuerendissima, o Compagni, da quali, o da chi loro ordinaranno, siano prima approuate, sotto pena della perdita di tutte le robbe, che anderanno vendendo, e di scudi 25. d'oro.

5 Che li Corrieri, e Postieri occorrendo loro portare libro alcuno, benche piccolo, à qualsiuoglia persona di qualunque stato, conditione, e preeminenza, dentro, o fuori di Roma, siano tenuti mostrarlo prima al detto P. Maestro, o suoi Compagni, o vero lasciarlo in Dogana; sotto le pene di scudi cinquanta, & tre tratti di corda.

6 Che nessuno Doganiere di Roma, o di ter-

terra, o di acque, ardisca spedire, o rilassare alcuna sorte de libri, che giornalmente peruerranno nelle loro Dogane, senza la sudetta licenza; il che anco douranno osseruare li Custodi delle Porte, sotto la medesima pena.

7 Che nessun Barcarolo, Marinaro, Condottiere, Corriero, o portatore di mercantie, faccia capo à Librari, o altre persone, a' quali portano libri, prima di hauer posto, quello che portano in Dogana, sotto pena di cinquanta scudi, se si trouarà, che habbino conseghato alle parti alcuna cosa spetante all'offitio, & altrettanta pena con perdita delle robbe, à chi l'hauerà riceuuta.

8 Che nessuno possi andar vendendo per Roma libri, libretti, historie, orationi, lunarij pronostici, lettere, ricette, imagini, o figure, o qualsiuoglia altra cosa stampata, ancorche minima, etiandio di musica, o tenere su le botteghe, o su le tauole, o nelle piazze, o in qualsiuogl' altro luogo di Roma libri da vendere, o altre cose sopradette, se non li Librari ordinarij dell' arte, & quelli, che haueranno licenza in scritto dal P. Maestro, o suoi Compagni: Dichiarando che li Legatori de libri, & i Cartolari

ri non s'intendono compresi sotto nome, o titolo de' Librari; e però non potranno vendere libri, nè nuoui, nè vecchi, ne altra cosa stampata, & i Cartolari legar alcun libro stampato, se non haueranno particolar licenza, & se non haueranno dato il giuramento, e fatto la professione della Fede conforme alli decreti del nuouo Indice de' Libri prohibiti. E nessuno possa aprir bottega di Stampatore, nè di Libraro, o essercitare simili arti in modo alcuno se non sarà approuato con le conditioni di sopra, & haurà la patente sottoscritta di S.P.Reuerendissima, o suoi Compagni, sotto pena della perdita de' libri, e di scudi 50. più, e meno, secondo la quantità, e qualità de' libri, e del delinquente; qual patente debba rinouarsi ogni volta, che occorra la morte del detto.

9 Che gl' Heredi, & effecutori dell' vltime volontà de' defonti Librari, & quelli che vorranno vendere i libri proprij, o d'altri, non possino vendere libri di qualsiuoglia sorte, e numero, nè mostrarli, inuetariarli, stimarli, ò trattar con alcuno per venderli, alienarli, o in altra maniera disporne, se prima non haurano ottenuta licenza in scritto dal detto P. Maestro, o

suoi

suoi Compagni, sotto pena della perdita de' libri, e di scudi 200. a' trasgressori.

10 Che li Giudei, Regattieri, & altri artefici, non possino vendere, nè comprare, nè pigliare in pegno libri d'alcuna sorte, senza licenza del P. Maestro, o suoi Compagni; e se al presente ne hauessero, in termine di otto giorni li diano in lista nel modo sopradetto, sotto pena della perdita de' libri, e di 50. scudi, & altre pene, etiam corporali, ad arbitrio di S. P. Reuerendissima. E quando all'incanto delli Hebrei, o alla Depositaria della Camera, occorrerà che si vendino libri, ordina S. P. Reuerendissima, che siano tenuti quelli, che vendono, dopò hauer ottenuta la licenza ordinaria, che si ricerca, „ intimare la bancha de' Librari, acciò essi ancora possino concorrere, ordinando strettamente di più S. P. Reuerendissima, che fuor dell'incanto non si possa vendere alcun libro depositato, o impegnato senza nuoua licenza concessa à questo effetto, sotto l'istessa pena di sopra.

11 Che i Librari, e venditori de libri siano tenuti fra il termine di giorni trenta hauer portato al detto P. Maestro, o suoi Compagni, l'indice, o inuentario fatto fedelmente per alfabe-

to di tutti i libri, così nuoui, come vecchi, che si trouaranno hauere, esprimendo bene gli Autori, il titolo, li Stampatori, tempi, e luoghi delle Stampe, e numero de volumi per ciascuna sorte, e sottoscriuendolo di sua mano, & vn'altro simile indice ritenghino per loro, e fra il detto termine, ciascuno di essi Librari venga personalmente à farsi scriuere nel libro, quale si terrà nell'offitio à questo effetto, oue si noteranno tutti li Librari, e venditori de libri, che haueranno licenza di essercitare tal arte; e passato questo tempo, si procederà contro quelli, che non saranno notati, come che vendino senza la debita licenza, e si condannaranno nella pena sopra notata nell'ottauo capitolo.

12 Similmente si ordina all'Intagliatori, Stampatori, e venditori di figure in rame, o in legno, che debbano fra detto termine dare la lista di tutte le figure, che hanno in bottega, cõ il nome dell'Autore, Stampatore, & luogo, e tẽpo delle stampe, e farsi notare nel detto libro; & ogn'altra cosa come sopra, sotto la medesima pena.

13 Che nessuno Medagliaro, Fonditore, o Sigillaro, tanto in acciaio, ferro, bronzo, o al-

tra

tra materia ardisca d'intagliare, fondere, ò scolpire figura alcuna, tanto sacra, come profana, con lettere, o senza, se prima non ha la licenza in scritto dal P. Meastro, o suoi Compagni, il che s'intende anco di chi farà conij, polzoni, & altri instrumenti da improntar le dette figure, o lettere, sotto pena di scudi 200. e tre tratti di corda, e sospensione dell'essercitio, & altre pene arbitrarie secondo la qualità dell'errore, & che però sotto il termine di vn mese sia ogn'vno tenuto presentare al P. Maestro sudetto, e suoi Compagni la nota di tutte le figure, e lettere, che in detti conij sono intagliati, acciò in essa si possa sottoscriuer la licenza di poterle vsar nella loro arte, ò professione.

14 Che delli libri di nuouo stampati, ò ristãpati, che vengono fuori, ne debba il Libraro portare vno per sorte legato, o infilzato al P. Maestro, ò suoi Compagni in modo, che si possa leggere, acciò riuisto che sia, & approuato per buono, se li possa subito restituire, & licentiare anco l'altri della medesima sorte, che à questo fine douerannò in tanto ritenersi in Dogana con farne particolar nota da sottoscriuersi da vno de Compagni. Dichiarando che tutti gl'ordini,

che si daranno dal Compagno in simili, & altre occorrenze in assenza de' Librari alli loro garzoni, o sostituiti, s'intenderanno, & astringeranno come se alli medesimi padroni fussero personalmente intimati.

15 Che nell'istesso termine d'vn mese siano tenuti tutti li Stampatori venire personalmente à farsi registrare nel libro, nel modo che di sopra si è detto delli Librari, e Figurari: nè alcuno possa aprire di nuouo Stamparia di alcuna sorte, se prima non haverà giurato nel medesimo modo, che si è detto delli Librari, sotto le medesime pene.

16 Che nessuno Stampatore publico, o priuato ardisca di stampare, o ristãpare libri, scritti, o qualsiuoglia cosa, benche minima, senza licenza sua, o de' Compagni hauuta in scritto, e non ardisca mutare, aggiungere, o sminuire pure vna parola, nè di porre altro luogo dell'impressione, che di Roma, ma stampi fedelmente secondo l'originale che li sarà dato sottoscritto, & non publichi, nè in modo alcuno dia fuori le cose stãpate da lui fin tanto che dal P. Maestro, o suoi Compagni, non sarà fatta la confrontatione con la copia sottoscritta da esso P.

Mae-

Maestro, o Compagno, che dourà sempre restare nell' Offitio del Sacro Palazzo sottoscritta di mano del proprio Autore, & datali la licenza di publicare, e dar fuori essi libri, e cole stampate. Et occorrendo, che le opere già sottoscritte dal P. Maestro, e consignate alli Stampatori non si stampassero, debba esso Stampatore auanti le restituisca all' Autore, riconsignarle di nouo al P. Maestro, à fine di leuare, ò cassare la licenza già data, acciò se di nuouo qui, ò altroue volesse stamparle, si com' egli potrebbe aggiongerui, o mutare alcuna cosa, così sia soggetto à nuoua riuisione, & approbatione, sotto pena in tutti li predetti casi della perdita de' libri, & di 50. scudi d'oro.

17. Che tutti li Stampatori, Librari, Intagliatori, Venditori di libri, o di figure, Doganieri, Medagliari, Corrieri, Postieri, Custodi, e Portinari delle porte, accioche sappino quanto per il presente Editto vien loro commãdato, e per potere obedire, debbano nelle loro stamparie, librarie, botteghe, dogane, e luoghi doue essercitano il loro offitio, publicamente tenere vna copia del presente Editto affissa, sotto pena di scudi cinque per ciascheduna volta

ta che saranno ritrouati senza: e di più li Librari, oltre l'Editto, siano obligati hauer l'Indice de' libri prohibiti, sotto la medesima pena.

18 Le quali cose tutte s'ordinano, e si commandano sotto le sopradette pene, d'applicarsi, parte ad opere, e luoghi pij, e parte all'accusatori, quali saranno tenuti secreti; riseruandosi S.P. Reuerendissima l'arbitrio di sminuirle, & estenderle etiamdio alle corporali, sospensioni, priuationi dell'arti, & esilio, secondo la qualità del delitto, e delle persone, d'aggrauarsi anco più in quelli, che altre volte sono stati, ò saranno ritrouati colpeuoli, e si procederà inuiolabilmente con ogni rigore cõtro li trasgressori.

Volendo, che il presente Editto affisso, e publicato ne' luoghi soliti di Roma, astringa ciascuno, come se à qualunque fosse personalmente intimato.

Dato nel Palazzo Apostolico li 18. Nouẽb. 1654

Fr. Raimundus Capisuccus S. Pal. Apost. Mag.

Io Garzias Valentinus Not.

His pœnis Sanctiss. D. N. Alexander Papa VII. Triremium pœnam ad vitam addit pro ijs, qui absque eiusdem Magistri licentia quidquã Romæ imprimerent, seu imprimi facerent, tali edito decreto.

BAN-

BANDO CONTRO STAMPATORI.

MOnstrando l'esperienza, che alcuni Stãpatori sono tanto temerarij, che ardiscono stampare senza le debite reuisioni, e licenze de Superiori à ciò deputati, scritture il più delle volte lesiue della fama, e riputatione altrui, e degne di castigo; E perche forsi detti Stãpatori si rẽdono facili ad incorrere in simili eccessi in riguardo delle pene leggiere imposte con altri bãdi particolari à trasgressori. Perciò volendo Monsig. Illustrissimo, & Reuerendissimo Francesco Maria Baranzone, di Roma, e suo Distretto generale Gouernatore, e V. Camerlengo rimediare, e togliere per quanto sia possibile simili inconuenienti, & abbusi, non solo con l'autorità del suo offitio, e carica di Gouernatore, ma anco per ordine hauuto à bocca dalla Santità di Nostro Sig. Alexandro VII. per il presente bando da durare à beneplacito della Santità Sua, e della santa Sede Apostolica, ordina, e commanda, che in auenire non sia lecito ad alcun Stampatore di qualsiuoglia sorte, stato, ò conditione di stampare, ò imprimere, ò far stãpare, ò imprimere da altri, nè in Roma

nè

nè fuori per il suo distretto alcuna cõpositione, ò in verso, ò in prosa, ò in lingua latina, ò volgare, ò in qualsiuoglia lingua, ò idioma, ò qualsiuoglia altra materia, ò scrittura cõcernente qualsiuoglia cosa, ò particolari, tanto boni, & honesti, quanto mali, & indecenti, ò in altro modo indifferenti, se prima non haverà ottenuto, ò hauuto nelle sue mani, & appresso di se il solito imprimatur, ò sia licenza del Padre Meastro del Sacro Palazzo Apostolico nella forma solita da ottenersi con farne espressione di detta licẽza in fine della stampa, con l'impressione anco del nome dell' istesso Stampatore, sotto pena in caso di contrauentione in ciascuno de sudetti casi, della galera perpetua.

Dichiarando, che per il presente bando non intende Sua Sig. Illustriss. derogare ad altri bãdi publicati sopra simili stampe, e casi contro Stampatori, & altri, ma solo vuole habbia luogo il presente suo bando per augmento di pena alli già publicati.

Vuole in oltre che le sudette pene habbiano luogo contro qualsiuoglia persona, ancorche fusse Ecclesiastica, ò secolare, ò Regolare, che farà stampare, ò darà aiuto, ò fauore, ò in qualsiuo-

ſiuoglia modo ſarà complice, ò partecipe di ſimili ſtampe, & impreſſioni, ſenza le debite licenze, ò reuiſioni come ſopra.

In oltre dichiara anco Sua Signoria Illuſtriſſima, che ſe le materie ſtampate, come ſopra, foſſero libelli famoſi, ſoggiacciono chi li farà ſtampare, ò chi li ſtamparà, ò Complici, ò Partecipi, come ſopra, alle pene contenute nelli bandi generali del Gouerno nel cap. 32. de libelli famoſi, à quali non s'intende derogato per il preſente bando, ma reſtino nel ſuo vigore.

Et acciò non ſi poſſa allegare ignoranza del preſente bando, ordina Sua Signoria Illuſtriſſima che publicato, che ſarà nelli luoghi ſoliti di Roma, obligh ciaſcuno come ſe perſonalmente li foſſe ſtato intimato: e commanda anco per ogni bon riſpetto, che ciaſcun Stampatore in Roma debbia tener affiſſo continuamente in ſua bottegha, ò ſtanza, doue imprime, copia del preſente bando, ſotto pena di ſcudi duicento d'oro d'applicarſi alla Reuerēda Camera Apoſtolica. Dato in Roma nel Palazzo della noſtra ſolita reſidenza queſto di 20. Nouēb. 1654

F.M. Baranzone Gou. e Vicecamerlengo.

Gio: Andrea Genuenſe Not. per la Carità.

Li-

Libros quoque impressos, quos interdicendos iudicauerit, proscribere potest. Quapropter à Magistris Sacri Palatij pro tempore existẽtibus plures fuere interdicti libri, publicis proscriptionis eorundem editis decretis in Indice appositis. Et nouissimè P. Mag. Candidus sub Innocentio X. an. millesimo sexcentesimo quinquagesimo secũdo publico decreto in Camerali Typographia impresso, librum pro anno sæculari centesimo Germanici Collegij Vrbis, inscriptum *Panegyricus de institutione Collegij Germanici & Vngarici anno sæculari eiusdem Collegij*, donec corrigatur, proscripsit.

Locum in Põtificia Cappella, & vbicumque immediatè post Sacrę Rotę Decanum obtinuit ex indulto Apostolico Eugenij IV. supra relato, vsque ad annum 1655. quo Alexander Papa VII. nũc in Ecclesia Dei fœliciter regnans, men. se Octob. Pontificium Sacellum maiori, nobiliorisque Prælatorum numero decorare constituens, exclusis ab illo minoris notæ Clericis, qui Sacri Palatij Magistrum, Rotæ Auditores, atque Apostolicæ Cameræ Clericos præcedebant; & his in eandem introductis (nam Clerici Cameræ Apostol. causa præcedentiæ cum Audi-

ditoribus Rotæ, neque ad Pontificium Sacellum, neque ad alias publicas functiones conueniebant) locum Magistri Sacri Palatij pro tempore, post sacræ Rotæ Auditores inmediatè, super cunctos Cameræ Apostolicæ Clericos in perpetuum stabiliuit.

In equestri Pontificis Max. Pompa, & comitatu solemniori interuenit, eandémque præcedentiam in illo, quam in Pontificia Cappella, consequitur.

Apostolicarum Congregationum Vniuersalis Inquisitionis sacrorumque Rituum ex officio Consultor, existit.

Indicis quoque Congregationi interest vt Prælatus, in qua diuinum implorando auxilium ante illius inchoationem orationē de more legit interuenitque Congregationi, quæ fit ante Eminentiss. Cardinalem Vicarium pro concursu Parochorum Vrbis.

Mansiones in Apostolico Palatio habet; titulumque Reuerendissimi à Cardinalibus etiã, obtinet, eiusque officium non ad tempus, sed ad vitam confertur, pro vt ex sequenti moderni Sacri Palatij Magistri Breui Apparet.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVm Officium Magistri Sacri Palatij Apostolici certo ad presens, quem presentibus pro expresso haberi volumus, modo vacauerit, & vacet ad presens. Nos te, qui officio Secretarij Congregationis nostræ Indicis hactenus laudabiliter functus fuisti, ac vnus ex examinatoribus promouendorum ad Cathedrales Ecclesias exiſtis, quique pietate, prudentia, & Sacrarum litterarum scientia, aliisque virtutũ ornamentis præstas, & quem propterea iudicio diuersorum Auctorum libris, & scripturis censendis plurimum valere non dubitauimus, ad idem officium, quod te summa fide, & diligentia administraturum confidimus, eligendum duximus. Te igitur eiusdem Sacri Palatij Apostolici Magistrum cum authoritate, facultate, honoribus, & oneribus, & mansionibus in Palatio nostro Apostilico, portione, & emolumentis solitis, & consuetis ad tui vitam facimus, cõstituimus, & deputamus, Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, vt te ad prædictum officium recipiant, & admittant, tibi-

bique faueant, & assistant, ac de prouisione, & emolumentis huiusmodi prouideant, & respondeant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 13. Nouembris 1654. Pontificatus nostri Anno Vndecimo. *A tergo autem.*

Dilecto filio Raimundo Capisucco Ordinis Prædicatorum Professori Sacri Palatij Apostolici Magistro.

G. Gualterius.

Adhibet in suo officio Socios ex nostro Ordine assumptos, doctrina morumque præstantia conspicuos.

Honoribus prædictis addidere emolumenta pro decenti eorundem Magistrorum sustentatione Pontifices Maximi, & præter quotidiana, ac mensualia, Pius Papa V. P. F. Thomam Manrique, tunc temporis Sacri Palatij Magistrum, eiusque in præfato munere successores, Canonicum Vaticanæ Basilicæ, cum Præbenda Theologali iuxta Concilij Tridentini decreta creauit anno millesimo quingentesimo septuagesimo; datis super hoc Apostolicis Bullis, quæ sunt sequentis tenoris.

PIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Eminenti militantis Ecclesiæ specula, meritis licet imparibus, diuina disponente clementia constituti, licet Ecclesiarum quarumlibet decori, & venustati, ac personarum in illis diuinis laudibus insistentium, animarum saluti consulere debeamus, ad Basilicam præsertim Beati Petri Principis Apostolorum de Vrbe, tanquam nobis peculiarem, & domesticam nostræ considerationis aciem extendere nos cõuenit, vt circa illius statum, & decorem, prouidamque Canonicatuum, & Prębendarum inibi institutorum directionem, & ad ea, per quæ eadem Basilica personarum vtilium ad diuini nominis gloriam, & animarum salutem oportunis fulciatur præsidijs, officij nostri partes prout rerum, & temporum necessitas exigit, propensius impartiamur. Cum itaque iuxta antiquam & laudabilem consuetudinem, ac etiam secundum sacri Concilij Tridentini dispositionem, in qualibet Cathedrali Ecclesia vna præbenda

Theo-

Theologalis instituenda sit; Nos qui dudũ inter alia voluimus, quod semper in vnionibus cõmisso fieret ad partes vocatis quorũ interesset: attendentes D. Thomę, qui Theologiæ, & Ordinis Prædicatorum professor fuit, doctrinam theologicam ab Ecclesia Catholica receptam, alijs magis tutam; & securam existere, ac præbendam theologalem huiusmodi in dicta Basilica alicui alteri, quàm Magistris Sacri Palatij Apostolici, qui doctrinam prædictam profitẽtur, quique ex Ordine Prædicatorum huiusmodi semper eligi solẽt, securiùs, & commodiùs conferri, & assignari non possit: Idcirco Basilicæ prædictæ, illiusque personis percommodius, valdeque vtile, & necessarium esse censentes, vt vnam Theologalem præbendam in dicta Basilica instituamus, illamque officio Magistri Palatij huiusmodi adscribamus, quo facilius Magister dicti Palatij pro tẽpore existens personis Basilicæ, & Palatii huiusmodi doctrina, & opera sua, ac sacrarum litterarum, & doctrinæ eiusdem D. Thomæ interpretatione, & lectura prodesse, ac onera officii huiusmodi sibi pro tẽpore incumbentia facilius perferre, commodiùsque sustentari possit: Motu proprio, non

ad

ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, ac ex certa scientia nostris, Canonicatum, & Præbendã dictæ Basilicæ, quorum & illis forsan annexorum fructus, redditus, & prouentus centum ducatorum auri de Camera secundùm communẽ æstimationem, valorem annuum, vt accepimus, non excedunt, si vacant ad præsens, aut cum primum per cessum, vel decessum, seu quãuis amissionem alicuius ex Canonicis eiusdem Basilicæ, aut aliàs quouis modo, & ex cuiuscumque persona, etiam apud Sedem Apostolicam, etiam Commenda illorum cessante, si cõmendati; aut vnione dissoluta, si vniti fuerint, ac Cõmenda, seu vnio huiusmodi de illis apud Sedem prædictam vacãtibut, aut aliàs facta extiterit, ac etiam huiusmodi Canonicatuum, & Præbendarum reseruatione per Constitutionẽ nostram super hoc editam facta; aut aliàs cessante, non tamen per resignationem, seu cessionem, vacare contigerit; etiam si illi dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs ratione familiaritatis continuæ, commensalitatis nostræ, aut prædecessorum, vel successorum nostrorũ Romanorum Pontificum, seu S.R.E. Cardina-

lium,

lium, ac per Cancellariæ Apostolicæ regulas, & alias Constitutiones Apostolicas editas, & edendas, aut aliàs ex quauis causa, qualifcumque sit, & vndecumque resultet generaliter reseruati, seu ex generali reseruatione Apostolica effecti, ac Sacerdotales, Diaconales, vel Subdiaconales existant, & super eis inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa cum annexis huiusmodi, & plenitudine iuris Canonicati, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis officio Magistri Palatii huiusmodi ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum oneribus in decretis Concilii Tridentini huiusmodi expressis, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus. Ita quòd liceat dilecto filio Thomæ Manrique dicti Ordinis professori, & Magistro in Theologia moderno, & pro tempore existenti Magistro Palatii huiusmodi corporalem, realem & actualem possessionem Canonicatus, & Præbendæ prædictorum, si vacant, aut cum vacauerint, vt præfertur, ac annexorum, iuriumque, ac pertinentiorum prædictorum per se, vel alium, seu alios, eius nomine, propria auctoritate, liberè

ap-

apprehendere, & in eadem Basilica vti illius Canonicus residere, ac stallum in choro, ac locum, & vocem actiuam, & passiuam in Capitulo, processionibus, ac cœteris locis, & actibus publicis, & priuatis ipsius Basilicæ habere, dictorumque Canonicatus, & Præbendæ fructus, redditus, prouentus, obuentiones, distributiones, emolumenta, ac iura omnia, ordinaria, & extraordinaria percipere, exigere, & leuare, ac in suos vsus, & vtilitatem, ac sustentationem conuertere, cœteraque omnia, quæ ad Canonicum dictæ Basilicæ pertinent, facere, gerere, & exercere, cuiusuis licentia, aut consensu desuper minimè requisito. Districtiùs inhibentes dilecto filio Archipræsbytero, & Capitulo, ac pro tempore existenti Hebdomadario Canonico eiusdem Basilicæ, ac aliis, vel aliis, ad quos huiusmodi reseruationibus cessantibus, collatio, prouisio, & quæcumque alia dispositio eorundem Canonicatus, & Præbendæ, communiter, vel diuisim, pertinet, & pertinebit quomodolibet in futurum, ne in Canonicatu, & Præbenda præfatis, vacantibus, vel vacaturis sese intrommittere, vel interponere audeant, seu præsumant, aut aliàs dictum Thomam Mã-

rique

rique, & pro tempore existentem Palatij huiusmodi Magistrum desuper quomodolibet impedire, molestare, vel perturbare. Decernentes quoque ex nunc plenum ius ipsis officio, & Magistro in vacantibus, vel vacaturis Canonicatu, & Præbenda huiusmodi acquisitum esse; ipsúque Thomam, & pro tempore existentem Palatij Magistrum huiusmodi solam illorum fructuum perceptionem expectare, de regulis iuris, de non tollendo cuiquam iure quæsito, ac de annali, & triennali possessore, omnibusque earum partibus, cœterisque iuribus, & beneficijs quibus diutiùs possessores pacifici vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possent, & deberent, pariter vti, potiri, & gaudere posse, & debere, ac præsentes litteras etiã temporibus Successorum omnium dicti Thomę Manrique donec plenarium effectum sortitæ sint, valere. Et si in primo effectum sortiri nequiuerint, illas in secundo loco, & deinceps quocumque tempore in vacantibus Canonicatu, & Præbenda eiusdem Basilicæ consequi debere, ac quascumque collationes, prouisiones, præsentationes, seu alias dispositiones de vacantibus, seu vacaturis Canonicatu, & Præbenda

huiuſmodi acquiſitum eſſe; ipſumque Thomã, & pro tempore exiſtentem Palatij Magiſtrum huiuſmodi ſolam illorum fructuum perceptionẽ expectare, ac regulis iuris de non tollendo cuiquam iure quæſito, ac de annali, & triennali poſſeſſore, omnibuſque earum partibus, cæteriſque iuribus, & beneficijs quibus diutiùs poſſeſſores pacifici vtuntur, potiuntur, & gaudẽt, ac vti, potiri, ac gaudere poſſent, & deberent, pariter vti, potiri, & gaudere poſſe, & debere, ac præſentes litteras, etiam temporibus ſucceſſorum omnium dicti Thomæ Manrique donec plenarium effectum ſortitæ ſint, valere. Et ſi in primo effectum ſortiri nequeant, illum in ſecundo, & deinceps quocumque tempore in vacantibus Canonicatu, & Præbenda eiuſdem Baſilicæ conſequi debere; ac quaſcumque collationes, promiſſiones, præſentationes, ſeu alias diſpoſitiones de vacantibus, ſeu vacaturis Canonicatu, & Præbenda Baſilicæ huiuſmodi; etiam per nos, & dictam Sedem, aut Archipreſbyterum, Capitulum, & Hebdomadarium, ſeu alium, vel alios præfatos pro tempore factas, viribus, & effectu omnino carere, ac nullas, & invalidas exiſtere, nullumque per eos vnquam ius

acquí-

acquiri, seu etiam coloratum possidendi titulum tribui posse, ipsasque præsentes sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam specificam, & specialem earundem præsentium mentionẽ facientibus minimè comprehendi: sed semper ab illis exceptas; & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum etiam sub quacumque dat. per Thomam Manrique, & pro tempore existentem Magistrum Palatij huiusmodi eligenda, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo concessas, sicque nostræ in commutabilis voluntatis esse, ipsasque vnionem, annexionem, & incorporationẽ, præsentesque litteras nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, seu impugnari posse, minùsque causam, seu causas, propter quas factæ sint, coram aliquo verificari debere; nec propterea, aut etiam ex eo, quòd interesse putantes, vocati non fuerint, vel in id non consenserint, aut ipsa Basilica Cathedralis non sit, per subreptionem obtentas præsumi; aut viribus propterea carere. Sicque per quoscumque Iudices, etiam

causarum dicti Palatij Auditores, vel S. Rom: Eccles. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia, iudicari & diffiniri debere. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ameriñ. & Maceraten. Episc. ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditori Generali per Apostolica scripta, motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Thomæ Manrique, & pro tempore existentis Magistri Palatij huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Thomam Manrique, & pro tempore existentem Magistrum Palatij huiusmodi, præmissis omnibus, & singulis, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eum desuper quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna, iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. Et nihilominus legitimis super his

habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas; etiam iteratis vicibus, aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus priori voluntate noſtra præfata, ac Lateranenſis Concilij nouiſſimè celebrati, vniones perpetuas, niſi in caſibus à iure permiſſis, fieri prohibentis; necnon fœlicis recordat. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ; etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis Baſilicæ, & Archipresbytero, ac Capitulo, & Hebdomadario præfatis: Necnon dilectis filiis Populo Romano, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiã derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis; etiam motu, & ſcientia ſimilibus; etiam iteratis vicibus; etiam per nos cõceſſis, approbatis, & innouatis, quibus inter alia caueri dicitur expreſsè; quod Canonicatus, & Præbendæ, aliaq; beneficia Eccleſiaſtica dictæ Vrbis, aliis, quàm Ciuibus Romanis, & originario-

nariorum Ciuium Romanorum filiis, & forsan aliis, certo modo qualificatis, conferri non possint, & aliter etiam de illis per Sedem præfatam factæ collationes, & aliæ dispositiones nullæ sint: Quodque iisdem priuilegiis, & indultis nullatenus, aut non nisi modo, & forma in illis expræssis derogari possit, & si illis aliter derogari contingat, derogationes huiusmodi nemini suffragentur. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio habenda; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. Quòdq; Thomas Manrique non est, & pro tempore existens Magister Palatii huiusmodi non erit forsan Ciuis Romanus, ac originarii Ciuis Romani filius, & aliàs iuxta priuilegia, & indulta præfata qualificatus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui Apostolica, præfata, vel alia quauis auctoritate in dicta Basilica in Canonicos sunt recepti, vel vt recipiantur

tur insistunt: seu si super promissionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & prębendis ipsius Basilicæ speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta Vrbe generales, dictæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumq; Nec non omnes, & singulas gratias expectatiuas speciales, vel generales, etiam mẽsales, reseruationes similes, vel dissimiles vniones, annexiones, incorporationes, coadiutorias, non tamen de consensu, præuentiones, ac prouidendi, reseruandi, vniendi, annectendi, & incorporandi, præueniendi, & alias, non tamen regrediendi, & accedendi facultates, & mandata, ac alia priuilegia indulta, & litteras Apostolicas in fauorem quarumcumq; personarum; etiam familiarium nostrorum continuorum commensalium; etiam antiquorum, & descriptorum, ac dictæ Curiæ Officialium, & aliorum, cuiuscumq; status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ; etiam Cardinalatus honore fulgentium, sub quibusuis verborum formis, & clausulis; etiam derogatoriarum de-

roga-

rogatoriis fortioribus, efficacioribus,& insolitis, irritantibusq; & aliis decretis; etiã motu & sciẽtia similibus, per nos, vel Sedem præfatam, aut aliàs quomodolibet concessa hactenus, & in posterum concedenda, quorum omnium vim, & effectum, tenores eorum præsentibus pro sufficienter expressis habentes, quoad hoc omnino eisdem motu, scientia, & auctoritate suspendimus, & in huiusmodi vacatione effectum sortiri non posse, neque debere decernimus; illis quoque specialiter, & expresse derogamus, donec præsentes suum plenarium, & omnimodũ consequutæ fuerint, & consequenter effectum ad dictos Canonicatum,& Prębendam,vel munus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assequutionem Canonicatuum, & Præbendarum, seu beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibusuis aliis priuilegiis, indulgentiis,& litteris Apostolicis specialibus,vel generalibus quorumcumq; tenorum existant, per quæ præsentibus nec expressa, vel totaliter, nec inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis; prouiso

quòd

quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem præfatas dicti Canonicatus & Prębenda debitis non fraudenter obsequijs, sed eorum congruè supportẽtur onera cõsueta. Seu si idẽ Thomas, & pro tempore existens Pal. Magnõ fuerit ad præstãdũ de obseruandis statutis, & consuetudinibus dictę Basilicę solitum iuramentum; dummodò in absentia sua per procuratorem idoneum; & cum ad Basilicam ipsam accesserit corporaliter, illud præstet. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ vnionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, mandati, suspensionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo. 4. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno quinto.

Cæ. Glorierius.

Pro Reuerendiſs. D. Sum. L. Aragoniæ Præſiden,

H. Cumin.

Originalia huius Bullæ aſſeruantur apud Magiſtrum Sacri Palatij pro tempore.

Canonicatũ igitur præfatũ cum Theologali præbenda obtinuit Thomas Manriquus vſque ad annum 1573. quo vniuerſæ carnis ingreſſus eſt viam.

E mortalium oculis erepto Manriquo, Gregorius XIII. ante noui Magiſtri Sacri Palatij creationem, præfatam Pij V. Bullam reuocauit, atque Apoſtolica Conſtitutione ſanxit huiuſmodi Theologalem præbendam Romano Clerico inpoſterum eſſe conferendam: Pauloque Conſtabili Sacri Palatij Magiſtro, poſtmodum in Manriqui locum ſublecto, congruas penſiones attribuit.

Euecto deinde Conſtabili ad ſupremum Ordinis noſtri regimen an. 1580. Sixtus V. Põtifex glorioſiſſimus P. F. Sixto Fabro Lucenſi Sacri Palatij Magiſtro à ſe promotõ, & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris Sac. Palatij in perpetuũ, annuam penſionem ſcutorum trecẽtorum monetæ, perſoluendam pro rata ſcutorum viginti

quin-

quinque in princio cuiuslibet mẽsis super Monasterij Abbatiam, nuncupati B. Mariæ de Terreto Ordinis S. Basilij Reginen. Diœc. quam tunc temporis in Commendam obtinebat Hieron. Card. Rusticucius, constituit. Data super hoc Apostolica Bulla Prid. Kal. Nouemb. an. 1586. Pontificat. sui secundo; quæ talis est.

SIXTVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanum decet Pontificem votis illis gratum præstare assensum per quæ personarum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim grata familiaritatis obsequia sibi impendentium, comoditatibus valeat salubriter prouideri. Hinc est, quòd nos Officio Magistri Sacri Palatij Apostolici, ad hoc vt dilectus filius modernus, & pro tempore existens illius Magister commodiùs se sustentare, ac onera sibi incumbentia subire valeat, de alicuius subuentionis auxilio prouidere, sibique specialem gratiam facere volentes, ac modernum, & pro tempore existentem Magistrum Palatij huiusmodi

à quouis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentiū dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, eiſdem moderno, ac pro tempore exiſtenti dicti Palatii Magiſtro penſionem annuam ab omni decima, quarta, media, & quauis alia fructuum parte, nec non ſubſidio, etiam charitatiuo, & quouis alio ordinario, & extraordinario onere quomodolibet nuncupato, etiam pro ſuſtentatione claſſis Triremium, etiam Sedis Apoſtolicæ, & exercitus fœderis Principum Chriſtianorum, Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cruciata Sancta, & expeditione contra Turcas, aut alios Infideles, & hæreticos, ac quacumque alia, etiam vrgenti, & vrgentiſſima cauſa, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum intuitu, vel contemplatione, aut pro eorum, ac dictæ Sedis neceſſitatibus, ſeu etiam motu proprio, & Conſiſtoriali, ac etiam de facto pro tempore impoſitis, etiam ſi in litteris impoſitionum huiuſmodi caueatur

expreſ-

expreſsè, quod penſionarii quicumque penſiones ſuas quantùmuis exemptas habentes pro rata penſionum earundem, aut aliàs contribuere teneantur, quam ratam infraſcriptus Hieronymus Cardinalis, tam ſuo, quàm ſucceſſorum ſuorum, etiam infraſcriptorum nominibus, de ſuo, & eorum proprio ſoluere promittit, ac onus huiuſmodi, & ſucceſſores prædictos pro ſe, & illis, ex nunc ſuſcipit; & quicquid propterea ſoluerit, vel ſoluerint, quod prædictam ratam quomodolibet concerneret, Magiſtro Palatii huiuſmodi, etiam donatione pura, perpetua, & irreuocabili gratioſè donat, & remittit, ac gratioſè donatum, & remiſſum eſſe vult, ac fore promittit. Necnon ſterilitatis, belli, peſtis, ſiccitatis, inundationis, Militum excurſionis, & cuiuſuis alterius fortuiti, & inſoliti caſus pro tempore contingentis euentu, liberam, immunem, & exemptã trecentorum ſcutorum monetæ ad rationem decem Iuliorum monetæ Romanæ pro quolibet huiuſmodi ſcuto ſuper Monaſterii Abbatia nuncupati B. Mariæ de Terreto Ordinis S. Baſilii Reginen. Diœc. quod hodie per obitum quondam Fabii Caraccioli Clerici extra Romanam Curiam de præſenti men-

ſe de-

se defuncti commenda, in quam illud ex concessione Apostolica tunc obtinebat, cessante adhuc eo, quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacans dilecto filio nostro Hieronymo Titt. S. Susannæ Presbyt. Card. Rusticucio nuncupato, per eum, quoad vixerit, tenendum, regendum, & gubernandum sub certis, modo, & forma tunc expressis per alias nostras litteras commendauimus, prout in illis plenius continetur, fructibus, redditibus, & prouentibus, etiam si super illis aliàs pensiones annuæ, quas præsentibus haberi volumus pro expressis, aliis assignatæ existant, Magistro Palatii huiusmodi, vel procuratori suo ad hoc ab eo speciale mandatũ habenti per dictũ Hieron. Card. cuius ad hoc expressus accedit assensus, pensiones annuę, quas præsentibus haberi volumus pro expressis, alijs assignatæ existant, Mag. Pal. huiusmodi, vel procuratori suo, ad hoc ab eo speciale mandatũ habenti per dictũ Hierõ. Card. cuius ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos Monasteriũ prædictũ in titulũ, vel cõmendã, aut aliàs quomodolibet pro tẽpore obtinentes, annis singulis in eadem Curia, singulis mensibus, pro rata inde soluendo quolibet mense

viginti

viginti quinque ſcuta, & incipiendo primam ſolutionem in principio menſis Nouembris, & ſic ſequendo in cuiuslibet menſis principio, etiam præſentibus Hieronymo Card. & ſucceſſoribus præfatis, quas nihilominùs idem Hieronymus Card ex nunc pro ſibi legitimè intimatis habet, minimè intimatis, integrè perpetuò perſoluẽdam, ac in ſuos vſus, & vtilitatem conuertendam dicta auctoritate, tenore præſentium, etiam perpetuò reſeruamus, conſtituimus, & aſſignamus. Decernentes penſionem, hodie reſeruatam prædictam ex quacumque, quantùmuis vrgenti, & legitima cauſa, & ad Hieronymi Cardinalis, & ſucceſſorum prædictorum, vel quorumuis aliorum inſtantiam ad minorem ſummam reduci, annullari, vel inualidari, aut illius reſeruationem huiuſmodi ſurreptitiam dici, vel cenſeri quo quomodo nullatenus poſſe, ſed illam ſemper, & in perpetuum validam, ac efficacem exiſtere, ipſique Magiſtro ſuffragari debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi penſio per eaſdem preſentes reſeruata huiuſmodi in Conſiſtorio noſtro ſecreto, ac de Fratrum noſtrorum conſenſu reſeruata fuiſſet, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per

quoſcum-

quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fulgentes, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & eorum locum tenentes, ſublata eis, ac eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et adhuc Hieronymum Cardinalem, ac ſucceſſores præfatos ad integram ſolutionem penſionis eidem Magiſtro reſeruatæ huiuſmodi ſibi faciendam iuxta reſeruationis, conſtitutionis, & aſſignationis prædictarum tenorem in infinitum fore efficaciter obligatos. Ac volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, quòd ſi dictus Hieronymus Cardinalis, vel aliquis ex ſucceſſoribus prædictis in dictis terminis, vel ſaltem infra triginta dies illorum ſingulos immediatè ſequentes, penſionem eidem Magiſtro reſeruatam huiuſmodi per eum tunc debitam non perſoluerit cum effectu, lapſis diebus eiſdem Hieronymo Cardinali præfato, vel eius ſucceſſori, ſi Cardinalis, vel Antiſtes fuerit, ingreſſus Eccleſiæ interdictus exiſtat; ſi verò inferior Cardinale, vel Antiſtite præfato erit,

ſen-

ſententiam excommunicationis incurrat, & donec Magiſtro, vel procuratori prædicto, de penſione ſibi reſeruata huiuſmodi tunc debita, integrè ſatisfactum, aut alio ſecum, vel cum ipſo procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatũ fuerit, ipſe interdictus à relaxatione interdicti; excommunicatus verò prædictus ab excõmunicationis ſententia, huiuſmodi abſolutionis beneficia, præterquàm in mortis articulo conſtituti, nequeant obtinere. Si verò per ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes, interdictus ſub interdicto permanſerit; excommunicatus verò prædic. excommunicationis ſententiam huiuſmodi animo, quod abſit, ſuſtentauerit indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem, interdictus à regimine, & adminiſtratione dicti Monaſterij ſuſpenſus: excommunicatus autem prædic. eodem Monaſterio priuatus reſpectiuè perpetuò exiſtat; ac Commenda prædicto Hieronymo Cardinali facta huiuſmodi ceſſare, & illa ceſſante, Monaſterium ipſum vacare cenſeatur eo ipſo. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Reginen. & Epiſcopo Amerin. ac dilecto filio cauſarum Curiæ Camerę Apoſtolicę generali Au-

ditori per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra pensionem ipsi Magistro reseruatam prædictam illi, vel procuratori prædicto iuxta reseruationis, constitutionis, & assignationis, ac decreti prædictorum continentiam, & tenorem perpetuis futuris temporibus integrè persolui. Et nihilominus quemlibet ex Hieronymo Cardinali, & successoribus prædictis, quem interdicti, & suspensionis, seu excommunicationis sententias huiusmodi incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte dicti Magistri fuerint requisiti, tamdiu Dominicis, & aliis festiuis diebus in Ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, interdictum, & suspensum, seu excommunicatum publicè annuncient, & faciant ab aliis annunciari, excommunicatumque ab omnibus arctiùs euitari, donec Magistro, vel procuratori prædicto de pensione illi reseruata huiusmodi tunc debita, fuerit integrè satisfactum, ipseq; interdictus, & suspensus relaxationis, interdicti, ac suspensionis: aut excommunicatus, ab ipsa excommunicationis sententia, absolutionis beneficia huiusmodi meruerit

ob

obtinere : Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborátis, statutis, consuetudinibus contrarijs quibuscumque. Seu si Hieronymo Cardinali, & Successoribus prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd ad præstationem, vel solutionem pensionis alicuius minimè teneantur; & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quã præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, reseruationis, constitutionis, assignationis, decreti,

voluntatis, ſtatuti; & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto Pridie Kalen. Nouembris Pōtificatus noſtri anno ſecundō.

E. Dat.

Thomas Gualterutius.

A. de Alexijs.

Deforis autem ita reperitur ſcriptum:

Anno à Natiuit. Dom. milleſ. quingenteſimo octuageſimo ſexto die quinta Nouemb. Illuſtriſs. & Reuerēdiſs. D. Hieron. Card. Ruſticucius prę-ſens &c. reſeruationi annuæ penſionis trecentorum ſcut. monetæ cum decretis, & alijs regiſtratis, harumque &c. expeditioni conſenſit. Iurauit &c.

Syden.

Regiſtrata apud Thomam Secretarium.

Originalia huius Bullæ aſſeruantur apud Magiſtros Sacri Palatij pro tempore.

Loco ſigilli plumbei. ✠

MA-

MAGISTRORVM SAC. PALATII NOMENCLATVRA.

I.

Sanctus P. Dominicus Guſmanus.

INSIGNE hoc Sacri Palatij Magiſterium Sanctus Pater Dominicus omnium primus obtinuit, qui in Hiſpania ex nobiliſſima Guſmanorum familia ortus, poſt conſequutam Theologicæ facultatis in Palentina Vniuerſitate Lauream, diuino afflante ſpiritu manum ſuam miſit ad fortia, Prædicatorumq. nobilem Ordinem in Catholica fundauit Eccleſia. Poſt eiuſdē obtentam ab Honorio Papa III. anno milleſimo ducenteſimo ſextodecimo confirmationem, cum in Vrbe quotidianas ad populum conciones haberet, ſingularique totius Curiæ Romanæ acclamatione audiretur, ab eodem Pontifice Max. cui S. Viri pietas, atq;

do-

doctrina innotuerãt, Sacri Palatij Magiſter, ob cauſas ſuperius enarratas, inſtitutus fuit anno dom: milleſimo ducenteſimo decimo octauo; quòd munus cum per annos tres D. Pauli Epiſtolas in Sacro Palatio commentatus cum ſui laude maxima impleuiſſet, inſtantibus Ordinis Generalibus comitijs Bononiam an. 1221. acceſſit, in quibus ea, quæ naſcenti Ordini congrua indicabantur, fuere ſancita. His peractis ab eodem Pont. Honorio Generalis Inquiſitor in tota Lombardia renunciatus, per illam incedens, Manichæorum errores eliminare ſtuduit pluribus eorum ad S. Matris Eccleſiæ veneration-nem adductis, alijs igne & ferro perditis. Bononiam tandem reuerſus, vigilijs, laboribus, ac ieiunijs fractus, in morbum incidit, grauique capitis dolore, ac longa dyſenteria vexatus, die 6. Auguſti fœlicem animam creatori reddidit, cum Romæ in totius Vrbis conſpectu tres mortuos ad vitam reuocaſſet, innumerabileſque hæreticorũ acies in diuerſis Chriſtiani Orbis partibus, lingua, & calamo profligaſſet, atque euertiſſet, vt inquit Odoricus in Annal. Eccleſiaſt. an. 1215. num. 17. Et ſupra centum millia Albigenſium ad Eccleſiæ vnitatem reduxiſſet. Primus

mus in Eccleſia Inquiſitor fuit ab Innocentio III. an. 1216. contra hæreticam prauitatem delegatus. In Lateranenſi Concilio coram eodem Pontifice contra Ioachini Abbatis errores facúdo ore perorauit. Roſarium à B. Virg. Maria acceptum, Chriſti fidelibus omnium primus anúciauit, quod hæreditario iure filiis ſuis in populis promouendum reliquit. Miraculis clarus in Sanctorum Album à Gregorio IX. Pont. Max. relatus fuit Reate anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, tertiò Id. Iulij Pontificatus ſui 8. prout videre eſt in Bzouij Annalib. Eccleſiaſt. ad annum præfatum num. 1. qui eius canonizationis Bullam refert. Scripſit S. Pater, inſigniſque Magiſter.

Libros duos contra Albigenſium errores.
In D. Pauli Epiſtolas.
In Euangelium D. Matthæi.
De Laudibus B. Virginis.

Fernandez in Concertat. Prædicat. Lucarinus Epiſc. Ciuitatis Plebis in Adnotationib. ad Indicem lib. prohibit. quæ M. S. in Vaticana Bibliot. aſſeruantur. Caſtill. & Auct. ſuprad.

B. Bar-

I I.

B. Bartholomæus de Bragantijs.

POst S.P.Dominicum Sacri Palatij Magisteriũ obtinuit B. Bartholomæus de Bragantijs Vicentinus, eiusdem S. Patris dilectus discipulus, sanguinis nobilitate, doctrinæ præstantia, vitæque sanctimonia illustris, quem postmodum Innocentius IV. Nimosiensem Episcopum in Cypro creauit dat. Perusij Apost.lit. sui pont. an.2.sal. verò 1246. vt in eiusdem Vaticanis Regest. epistola 111. habetur, illumque idem Pont. Max. suis manibus consecrauit, & in Syriã Legatum de Latere ad S.Ludouicum Gall.Regem an. 1248. misit. At Rex Magistri sanctitate cognita, eo deinde vsus est in rebus ad animę salutẽ spectantibus, apud quẽ etiã animæ labes per voluntariã confessionem deponebat, cunctaque ex eius cõsilio, & voto agebat. In Galliã postmodum cum Sancto Ludouico anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto reuersus, ab Alexandro IV. Pont. Max. ad Vicentinam Ecclesiam translatus fuit anno milles. ducentesimo quinquagesimo sexto 15. Kal. Febr. In ea Sede con-

constitutus probos exemplo firmauit, improbos sacro eloquio ad meliorem frugem reduxit, hæreticosque doctrina confudit, à quibus sæpius insidijs impetitus, multa pertulit mala, tandemque ab Ezelino Lombardiæ tyranno, atque Ecclesiæ hoste sæuissimo in exilium pulsus, longe à sua diœcesi vixit ad annum vsque 1260. quo Ezelinus, Pontificijs, & fœderatorum armis profligatus, vulnere accepto interiit. In suam Ecclesiam reuersus Bartholomæus, Vicentinæ Ciuitatis Princeps à populo, Ciuibusque electus, vrbem illam spirituali, temporalique gladio tãta cum pietate, sanctitate, prudentia, atque iustitia rexit, vt communi voto Pater Patriæ, acclamatus fuerit. Horum igitur fama permotus Rodulphus Cæsar eum vnà cum Aquileiensi Patriarcha suum in Italia Vicarium constituit, insecutisque temporibus Apostolicæ Sedis Nuncius in Angliam, & Galliam directus est. Eius vitæ sanctimoniam cum S. Ludouicus Rex haberet exploratam, vnam ex Spinis Coronæ, qua Christus Dominus in passione sua coronatus fuit, eidem pro magno munere dedit, quam an. dom. millesimo ducentesimo sexagesimo Vicentiã detulit, vbi in honorẽ Sac. Coronę Spi-

neæ Ecclesia cum Ordinis Conuentu constructa, in eadem propria manu illam collocauit, publico huiusmodi donationis instrumento cõfecto, quòd Vghellus in sua Italia Sacra tom. 5. inter Vicetinos Pastores refert sub nu. 41. Vixere desit anno millesimo ducentesimo sexagesimo octauo in eadem nostra Ecclesia S. Coronæ prout elegerat, conditus; cuius corpus quinquagesimo tertio ab eius obitu anno incorruptum repertum, in nobile marmoreum sepulchrũ solemni pompa, populique concursu maximo illatum fuit. Eius vitam Marcus Antonius Thienæus scripsit in Catalogo Sanctorum, & Beatorum Vicentinorum sub die 20. Maii.

Reliquit piissimus & doctissimus vir posteris sequentia sui ingenij monumenta.

Commentaria super Sac. Scripturam.

De Cœlesti Hierarchia.

Libros que D. Dionysii in Apostolico Palatio enodauit, quos doctissimis commentariis illustrauit. *Vghellus Italli Sac. tom. 5. Le Febure in Manual. Histor. Spondan. in Auctar. Chronolog. ad Annal. Baronij.*

P.F. Ani-

III.

P. F. Anibaldus Anibaldensis.

IN B. Bartholomæi locum Innocentius III. Pontifex P. F. Anibaldum Anibaldensem Sac. Palatii Magistrum nominauit. Hic Romæ ex nobilissima Senatoria Romana familia Anibaldensi ortus, Dominicanam togam in S. Sabinæ Cœnobio induit, sub qua natalium splendori pietatem, humilitatem, vitæque probitatem non vulgarem addens, præstantissimi viri in Romana Curia sibi nomen cõparauit. Parisiis sacris litteris strenuam operam impendens, celeberrimus Sac. Theologiæ Doctor ab illius Vniuersitate salutatus fuit. In Vrbem reuersus, dum in præfato S. Sabinę Cœnobio publicè sententiarum libros interpretaretur, ab Innocentio IV. Sacri Palatii Magister creatus fuit. In hac nobili præfectura, tanquam lucerna super candelabrum constitutus, pietatis, & doctrinę radiis Romanæ Curiæ illuxit. In enodandis sacræ Scripturæ difficilioribus arcanis maximam dicendi claritate effulsit. Puritatis candor ita in illo enituit, vt mori potius, quàm fœdari de-

legerit. Cum S. Angelico Doctore maximo familiaritatis vinculo astrictus fuit, eiq. S. Doctor librum secundum Sententiarum dicauit. Quibus omnibus permotus Vrbanus Papa IV. an. millesimo ducentesimo sexagesimo tertio ipsum S. R. E. Cardinalem creauit; in qua dignitate constitutus primœuum in obseruantia regulari rigorem in victu, & vestitu non temperauit. Cum Riccardo de Anibalis agnato suo, Io. Caetano Vrsino, & Iacobo Sabello à Clemente Papa IV. in Siciliam cum potestate Legati à Látere, vt Carolum Siciliæ Regem Regio diademate redimiret, atque erga Apostolicam Sedem iuramentum fidelitatis ab eodem reciperet, directus fuit. Post diuturnum annorum duorum, nouemque mensium Romani Pontificatus interregnum, vt Gregorius X. eligeretur non modicum insudauit, sub quo in Vrbe Veteri vale dixit mortalibus anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in nostro S. Dominici templo, cum hoc breui elogio conditus.

Vrbs Genitrix: Genus Anibalum, sors Presbyter:
Ordo Dominici: fons diuinus prælatio Cardo.
Quem decorat titulo duodenus Apostolorum.

Scripsit lib. Quod libet orum & super quatuor

lib.

lib. Sententiarum. *Lucas in. vbi supra Plod. inter Card. Ord Fernand. in Catal. Mag. Sacri Pal.*

LV.

P. F. Guillelmus Bonderinen.

PRomoto ad purpuram Anibaldo, in eius locum Sacri Palatij Magister renunciatus fuit P. F. Guillelmus Bonderinensis ab Vrbano IV. an. millesimo ducentesimo sexagesimo tertio. Fuit Guillelmus, seu Vvillermus vt alii tradunt, natione Anglus de Prouincia Anglicana, in qua Ordinis habitum apud Lohdinum assumpsit. Parisijs cum F. Petro de Tarantasia, qui ad Pontificatum sub nomine Innocentij V. ascendit an. 1276. & Card. Anibaldensi studijs vacauit, quo procurante, post diuersas in sua Prouincia Conuentuum obitas præfecturas Sacri Palatij Magisteriũ obtinuit, in quo pluribus annis cum fui nominis, & Ordinis laude præfuit. Quieuuit in pace circa annum millesimum ducentesimum septuagesimũ, è viuis ereptus antequam collega sui Petri de Tarantasia assumptionem ad Pontificatum cer-

cerneret, relictis posteritati præclaris ingenij sui monumentis. Scripsit enim.

Super Thrænos Ieremiæ.
Super Cantica Canticorum.
Super Epist. ad Romanos.

Lucarin. & Ferand. vbi supra Plod. p. 2 lib. 1.

V.

P. F. Petrus Angelellius.

POst Bonderinensem, Sacri Palatij Magister renunciatus est à Clemente Papa IV. P.F. Petrus Angelellus Lucensis ex Romana Prouincia. Fuit Petrus multiplici eruditione ornatus, & sacrę Theologię Laureatus celebris, cumque in Romana Curia sibi docti, ac cordati viri communem existimationem captasset, à Gregorio X. Lucen. Episcopus electus fuit die 14. Maij anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo. Ab eodem Pont. Max. ad Lugdunense Concilium vocatus, quod an. millesimo ducentesimo septuagesimo quarto mense Maio celebratũ fuit, ibidem mortalitatis debitum persoluit, apud nostros cõditus. *Vghell. tom. 1. in Ep. Lucẽ.*

P.F.

VI.

P.F. Raymundus de Corsauino.

SAcri Palatij Magisterium post Angelelli assumptionem ad Episcopatum Lucensem, à Gregorio X. an. 1272. obtinuit P. F. Raymundus de Corsauino Aragonensis, qui in Parisina Vniuersitate laureatus, Iacobo Aragoniæ Regi, Balearium Insularum, ac Valentiæ expugnatori in paucis carus extitit: eoque è viuis sublato an. 1276. à Iacobo eius filio, qui maioricam regendam susceperat, plurimum adamatus fuit, & ipso promouente Balearium Insularum Episcopus à Martino IV. primo sui pontificatus anno, qui fuit salutis millesimus ducentesimus octuagesimus primus, creatus est, eaque in dignitate supra quindecim annos laudabiliter vixit. *Ex M.S. Vghell. Lucar. in Fernand. & Plod. vbi sup.*

VII.

P.F. Vgo Seguin.

RAymundo P.F. Vgo Seguin de Bibliomo Aruernen. diœcesis in Magisterio Sacri

Pa-

Palatij ſucceſſit à Martino Papa IV. delectus. Galliarum Regi carus extitit, cuius intuitu maximas conſequutus fuit dignitates. Primò enim ex Magiſtro Sacri Palatij (ad quod munus ex Lectore Theologiæ in Conuentu S. Sabinæ de Vrbe aſſumptus fuerat) S. R. E. Cardinalis Tit. S. Sabinæ à Nicolao IV. an. 1288. creatus eſt, moxque Archiep. Lugdunẽſis; deindè Oſtien. & Veliternus. Fuit Vgo ſententiarum D. Thomæ defenſor acerrimus: eiuſque doctrinam, quoad vixit, ſemper ſectatus eſt. Romæ vitam cum morte cõmutauit, 3. Kal. Ian. an. 1298. relictis poſt ſe ſequentibus ingenij ſui monumẽtis.

De Viſione Diuinæ eſſentiæ.

Librum Sermonum variorum.

Commentaria in Thrænos Ierem.

Contra corruptorium D. Thomæ.

Sepultus fuit apud S. Sabinam ante Aram Max. cum ſequenti elogio marmori inſculpto.

Hugo vocatus homo fuit hic & de Bibliomo
Per mortem clarum dedit hunc Aruernia carum
Ordinis hic Frater, quippe dicat hunc bona mater
Edidit ad ſtudia Doctorem Theologia
Cui ſocios Petrum, Paulum det gratia Chriſti:

Ex ſuprad. Auct. & Vghell. tom. 1.

P.F.

VIII.

P.F. Guillelmus Petri de Godiuo

POst Vgonem P.F. Guillelmus (seu Villelmus vt Galli dicunt) Petri de Godiuo Baionensis, Tolosanæ diœcesis & Parisinus doctor an. 1288. Sacri Palatij Magister nominatus est. Fuit Guillelmus modicæ staturæ, ac deformis, sed mirandi ingenij, maximæque claritatis in enodandis Theologiæ, & Sacræ Scripturæ arcanis: cumque eius doctrinæ fama in Apostolica Curia per omnium ora volitaret, à Clemente V. an. millesimo trecētesimo duodecimo S.R.E. Card. sub Tit. S. Cæcilię creatus fuit; & à Io: XXII. die 12. Septemb. an. 1317. Sabinensis Episcopus institutus, in Hispaniam mox Legatus de Latere directus, ibi in congregata Synodo Vallisoletana multa decreuit in deperditæ disciplinæ Ecclesiasticę restaurationem an. 1322. Quinque cœnobia Ordini à fundamētis constituxit, Ecclesiasque tres miræ pulchritudinis, vnam scilicet in conuentu Auenionen. alterā in Tolosano, tertiam in Baionensi. Scripsit.

De Nuptijs Christi, & Ecclesiæ.

Librum sermonum variorum.

Et Librum complectentem iura omnia, atq. concessiones, & priuilegia Rom. Ecclesiæ facta & ab ea alijs collata.

Auenione è viuis raptus fuit optimus Pastor die 4. Iunij an. millesimo trecentesimo trigesimo sexto, delatus postmodum Tolosam, in nostra Ecclesia ad læuam Aræ max. conditus, sequenti ad tumulum inscriptione apposita.

Dominus Fr. Villermus Godinus.
Episcopus Sabinensis Cardinalis.

Ex supradic. Auctoribus.

IX.

P.F. Guillelmus Gauantus.

AD Purpuram assumpto Guillelmo Petri de Godiuo, P.F. Guillelmus Gauantus, de Lauduno Gallus insignis Parisinus doctor an. 1312. à Clemente V. Sacri Palatii Magister declaratus fuit. Inter viros Ordinis doctissimos meritò recensetur à nostris Scriptoribus Gauãtus, ingenii præstantia, profunditate doctrinæ, & dicendi claritate præ cæteris ab omnibus cõmen-

mendatus. Nouem annis in hac nobili præfectura perstitit, post quos à Io: XXII. die 11. Aprilis anni millesimi trecẽtesimi vigesimi primi, Viennensis Archiepiscopus creatus fuit. Doctrinæ D. Thomæ propugnator semper acerrimus, illius impugnatores verbo, & scripto confudit: nominatur propterea in quodam decreto Stephani Parisiensis Episcopi de approbatione doctrinæ eiusdem Angelici Magistri, cum Gulielmo Parisiensi an. 1324. Translatus postmodum fuit ab eodem Pont. Max. an. millesimo ducentesimo vigesimo octauo ad Tholosanam Archiepiscopalem sedem. Quatuor Præbendatus, B. Dominici nuncupatos, in Metropolitana sua fundauit die 10. Decemb. an. 1340. sic cognominatos à sua Dominicana Religione, quam ipse professus fuerat. Ex veteri item scheda obseruantiæ Tolosanæ an. 1345. Iunii 13. concessit Collegiatis Narbonen. Vniuersitatis, petente Guasberto Arelaten. Episcopo, facultatem faciendi exomologesim Cappellanis eiusdem Collegii. Tandem oculorum lumine penè orbatus, Tolosanam Ecclesiam in fauorem Card. Raymundi de Cauillac dimisit, cõgruà pensione pro sui necessaria sustẽtatione sibi constitu-

ta, an. millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Scripsit varia opuscula in defensionem doctrinæ Diui Thomæ Doctoris Angelici. *Gall. Christ. tom. 1. Lucarinus & Auct. supra cit.*

X.

P.F. Raimundus Bequinus.

GAuanto P.F. Raimũdus Bequinus Tolosanus, Parisiensis nobilis Laureatus, in Sacri Palatii onere laudabili successit, à Io: XXII. adlectus, eodem anno 1321. quo ille ad Viennen. Ecclesiam euectus fuit. Duobus annis in Apostolica Curia Magister emicuit, euasitque postmodum Nemausensis Episcopus in Gallia primò, à Io: XXII. anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio creatus, ad Hierosolymitanum Patriarchatum postmodum ab eodem Pont. Max. sequenti anno translatus, quo 21. Iulii Sacro Collegio solitum subsidium persoluit. Quatuor annis in Patriarchatu illo vixit, compleuitque dies suos in senectute bona ad patres appositus an. 1328. *Ex lib. Prouis. Prælat. eiusdem Io: Pont.*

Pont. Olmeda in vita Heruei Magistri Ord. Lucarinus vbi supra & Vghell. in Manuscript.

XI.

P.F. Io: de Lemoysi.

ASsumpto ad Nemausensem Ecclesiã Raimundo Bequino, Sacri Palatij Magisteriũ obtinuit P.F. Io: de Lemoijsi Gallus ex Prouincia Franciæ an. millesimo trecentesimo vigesimo tertio à Io: XXII. Mirabilis ingenii, ac doctrinæ vir extitit Io: in Parisina Vniuersitate laureatus celeberrimus, maximaque in agendis dexteritate præditus; ob quas virtutes Prouincialis Franciæ primò; à sacris confessionibus Philippo IV. Galliæ Regi postmodũ fuit, apud quem egit vt Iudæi ex suo Regno eicerentur, prout contigit an. 1321. Ad eiusdem Regis instantiam à Io: Papa XXII. Sacri Palatii Magister renunciatus, dum ad maiora properaret, dierum suorum cursum compleuit non dum peracto collati sibi muneris anno. *Taeg. in monum. Ord. Lucarin. vbi sup. Plod. p. 2. lib. 2.*

P.F.

XII.

P.F.Durandus de S.Portiano.

IO: de Lemoysi P.F.Durandum de S.Portiano Gallum, insignem Parisiensem doctorē in Magisterio Sacri Palatij successorem habuit, promouente Io: XXII. eodem anno 1323. quo ille Nemausense Sacerdotium fuit consequutus, in quo cum sui nominis, & Ordinis laude maxima præfuit vsque ad annum millesimum trecentesimum vigesimum sextum, quo ab eodem Pontifice sub die 24.Ianuarij Meldensis Episcopus renunciatus fuit. Octo propemodum annis Meldensi Ecclesiæ præfuit, habuitque etiam cōmendatam Aniciensem Episcopalem sedem, prout prisca illa ferebat ætas, cuius rei extat testimonium in ipsius Cōmentarijs super Sentent. libros, quibus se iuuenem manum apposuisse, ac tenem cōpleuisse fatetur : subditque se Meldensem,& Anicien. Ecclesias Pastorem, & Rectorem gubernasse. Ex quo pro indubitato habemus Meldensem Episcopū ipsum fuisse, Rectoremq. Aniciēsem.Insuper ibidē subdit se veritatem S. Scripturæ docuisse in Sacro Palatio.

Mul-

Multa ſcripſit Durandus, primò in defenſionem doctrinæ Angelici Doctoris; poſtmodum autem extitit eiuſdem impugnator acerrimus; ex quo factum eſt vt in aliquos inciderit errores, qui graui cenſura notantur à Theologis: ipſe verò Catholicus optimus in præfatione ſecúndi ſcripti ſuper Magiſtrum Sententiarum ita proteſtatur. *Et quoniam interpretatio dubiorum Sacræ Scripturæ ad Sanctam Eccleſiam Romanam, & Catholicam pertinet; omnia opera mea eius correctioni totaliter ſuppono.* Fuit Durandus fœlici admodum ingenio ditatus in ſuorum conceptuum arcanis manifeſtandis, perſpicacique acumine ad abditiſſima quæque penetranda. In ſæculari Philoſophia pleniſſimè eruditus, in ſcholaſtica Theologia profundiſſimè verſatus, & in diuinarum ſcripturarum cognitione ita excultus, vt in Academijs tanquam doctrinarum dux, & Anteſignanus propriam Cathedram commeruerit; eamque noſtris etiam temporibus Literatorum Orbis conſpiciat. Quieuit in pace an. milleſ. trecenteſimo trigeſimo quarto Idibus Septemb. ſub qua die Anniuerſariuni in ſua Meldenſi Eccleſia, quam annis octo rexit, habet, in cuius Choro conditus iacet. Reliquit poſteris præclaros in-

ge-

genij sui partus ; scripsit enim.

Commentaria duo in quatuor lib. sentent.
De visione diu. essentiæ ante diē Iudicii.
De Legibus.
De Instructione Cleri.
De Concilii celebratione.
Quæstiones varias.
Quodlibeta diuersa.
De Origine Iurisdictionum.

Lucarin. vbi sup. Lusit. in Bibliot. Gall. Christ. tom. 3.

XIII.

P. F. Dominicus Grenier.

SVccessorem in Magisterio Sacri Palatii habuit Durandus P. F. Dominicum Grenier Gallū de Conuentu Tolosano à Io: XXII. promotum, anno millesimo trecentesimo vigesimo sexto Ianua mēse, qui in Parisina Vniuersitate Theologiæ doctorali Laurea insignitus, post diuersas in sua Prouincia obitas præfecturas, Pœnitentiarius Apostolicus institutus fuit, deinde Sacri Palatii Magister renūciatus, huic muneri duobus tantùm mensibus præfuit ; nam

ab

ab eodem Pont. Max. ad Appamienſem Eccleſiam euectus fuit die 13. Martij eiuſdem anni milleſimi trecenteſimi vigeſimi ſexti. Extant in Toloſano conuẽtu Apoſtolicę litteræ Io: XXII. an. 1330. & Benedicti XII. an. 1335. eidem datæ. Erga Ordinem, atq. ſuum Toloſanum cœnobiũ maximè munificus fuit, in cuius maiori clauſtro Sacellum in honorẽ S. Antonini Mart. pro Fratrum ſepultura conſtruxit; nec non cõclaue pro hoſpitibus, & infirmis ibidem à fundamentis erexit: fuit verò opus cappellæ perfectum die 7. Nouemb. an. 1341. cuius rei teſtimonium proſtat ex ſequenti memoria eidem affixa.

Fr. Dominicus Domini cultor benedictus.
Doctor mirificus, & Epiſc. Appamien.
Sumptibus immenſis opus hoc fabrefecit amicus.
Inde Deo gratus regnet ſine fine beatus.

Viginti annis huic Eccleſiæ præfuit optimus Paſtor, quieuitque in Domino an. 1347.

Scripſit doctus, piuſque vir.

Super libros hiſtoriales Bibliorum.

Super Pentateuchum.

Gall. Chriſt. tom. 2. & Auct. ſuprad.

XIV.

B. Bartholomæus de Piscialis.

ASsumpto Greniero ad Appamien. Ecclesiam, Io: Papa XXII. Sacri Palatij Magistrum B. Bartholomæum de Piscialis, doctrinæ, & sanctitatis fama in Apostolica Curia celebrem nominauit an. millesimo trecentesimo vigesimo sexto. Hic Bononiæ nobili sanguine ortus, in eiusdem ciuitatis cœnobio Dominicanum habitum induit, sub quo orationibus, & sacris studijs addictus, in pietate, atque doctrina mirum in modum profecit. Fuit Bartholomæus Angelici Doctoris auditor, ex quo tanquam purissimo virtutum omnium fonte, quid Dominicanum sectatorem deceat, didicit. Eius illibatæ doctrinæ propugnator inuictus quoad vixit, extitit. In hoc nobili Magisterio constitutus cum scientia modestiam coniungens, in maxima existimatione apud Apostolicam Curiam, ipsumque Pontificem Max. semper habitus fuit, à quo licet reluctans, & non nisi obedientia compellente, Torcellanus Episcopus anno millesimo trecentesimo vigesimo octauo effectus est.

est. In illa Ecclesia constitutus pauperum, viduarum, & orphanorum Pater, eorum necessitatibus copiosis eleemosynis subueniebat. Anno autem millesimo trecentesimo trigesimò tertio ab eodem Io: Pontifice Armeniæ Archiepiscopus creatus fuit, vt populum illum schismate coinquinatum, atque ab Apostolica Sede auersum, ad S. Rom. Ecclesiæ gremium, & venerationem reuocaret. Suscepit alacri vultu nouus Archiepiscopus demandatum sibi munus, sperans se copiosum in vinea domini Sabahot fructum producturum, votique compos Domino cooperante effectus est; nam plurimos schismaticos ad Ecclesiæ vnitatem adduxit, multosque infideles sacro lauacro regenerauit. Verùm cũ id Armeniæ Regi, eiusque ministris summopere displiceret, ab eisdem captus, & in carcerem coniectus, post plurima mala constanti pectore superata, tandem combustis lento igne manibus, fœlicem spiritũ Deo reddidit, apud nostros ibidem sepultus, vbi miraculis clarus Armenæ Ecclesiæ velut patronus à cunctis fidelibus honoratur. *Galan. in Conciliat. Eccles. Armena cum Latina. Plod. p. 1 lib. 2. Vghell tom. 5. inter Torcell. Ep.*

XV.

P.F. Petrus de Pireto.

AD Torcellanam Episcopalem sedem assumpto B. Bartholomæo, P.F. Petrus de Pireto Gallus Sacri Palatij Magisterium à Io: XXII. consequtus est, qui cum esset Parisinus Doctor non vulgaris,& Iacobo Furnerio S. R.E. Cardinali ex Cistercienſi Ordine in paucis carus, eo ad Apostolicum culmen sub Benedicti XII. nomine assumpto an. 1334. Mirapicensis Episcopus ab eodem sequenti anno creatus est, ex qua Ecclesia idē Pont. Max. assumptus fuerat ad totius regimen christiani orbis. Vixit in ea dignitate Pastor optimus vlque ad annum millesimum trecentesimum quadragesimum septimū, quo vitæ cursum compleuit, in sua Cathedrali conditus, de quo Gallia Christiana ita subdit. *Erat autem Ordinis Dominicanorum vt patet ex inscriptione, quæ prostat Altari B. Mariæ retrò chorum Cathedralis*. Plod.p.2.lib.2. Lusit. in decade ad an.1290. Raz.& Gall.Christ.inter.Mirap.Ep.

Ex quibus apparet quantum aberrauerint Authores Galliæ Christianæ,qui confundentes no-

noſtrum Petrum de Pireto cũ Petro de Bireto, ſeu Bereto Carmelita Clementi VI. à Sacris cõfeſſionibus, & Epiſcopo primùm Graſſen. deinde Vaſionen. eundem Sacri Palatij Magiſtrũ vocitant cum Ludouico Iacobo in Bibliotheca Carmelitana, prout dicimus infra in Raymundo Durandi num. xvij.

XVI.

P.F. Armandus de Bellouiſu.

SVcceſſorem habuit Petrus de Pireto in Sacri Palatij Magiſterio P.F. Armandum de Bellouiſu Hiſpanum à Benedicto XII. anno milleſ. trecenteſimo trigeſimo quinto creatum, teſte Olmeda noſtro antiquuo Ord. Scriptore, qui de Magiſtris Generalibus, & rebus ſub eiſdem geſtis nobile opus ſcripſit, quod in membranis manuſcriptum Bibliotheca Mag. Generalis aſſeruat.

Fuit Armandus vir doctus, & pius vt opera eius teſtantur, præfuitque huic muneri laudabiliter pluribus annis, in religioſa paupertate vitam degens, ab omni Eccleſiaſtica prælatura

alie-

alienus, quieuitque in pace circa annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum. Scripſit in commune ſtudioſorum ſolatium.

De Traſcendentibus.
De Prædicamentis.
De Secundis intentionibus.
Super Opuſc. D. Th. de Ente, & Eſſentia.

Scripſit quoque declarationem difficilium terminorum, tam Theologiæ, quàm Philoſophiæ, ac Logicæ, quod opus Cardinali S. Euſebij, cui erat maxima familiaritate coniunctus, dedicauit.

Olmeda in vita Heruei Mag. Ord. Lucarimus & alij Script. ſupracit.

XVII.

P. F. Raimundus Durandi.

POſt Armandi exceſſum ſubrogatus eſt in Sacri Palatij Magiſterio à Benedicto XII. P. F. Raimundus Durandi Gallus cuius in Clementis VI. Vaticanis Regeſt. fit mentio anno milleſimo trecẽteſimo quadrageſimo tertio ſub die 23. Iunij, & anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto ſub die 7. Septemb. ſicut

etiam

etiam testatur eruditissimus Episc. Lucarinus in suis Notis ad Indicem supracit. quieuitque in pace sequenti anno 1346. *Ex suprad. Auctorib.*

Hoc tempore quidam Carmelitani instituti sectatores, quos incautè sequti sũt authores Gallię Christianæ, Petrum quendam de Bireto, seu Bereto Carmelitam Sacri Palatij Magistrũ falsò vocitant, quem ad Grassensem Ecclesiam promotũ postmodũ fuisse asserunt. Gallia Christiana tom. 2. inter Grassen. Epis. de eo hæc tantùm habet: *Petrus ex Ordine Religioso creatus Episcopus* 1345. 26. *Iunij. Ex Actis Consistorialibus.* Et ibidem immediatè post recenset Grassen. Episcopum Ioannem electum an. 1349. 6. April. ex lib. prouis. Prælat. Vatic. Hunc autem Petrum fuisse Petrum de Bireto Carmelitam constat, qui postea translatus est ad Vasionen. Eccleśiã; & de eo tom. 3. inter Vasionen. Episc. eadem Gallia Christiana ita subdit: *Petrus de Bereto Ordinis Carmelitani Magister Sacri Palatij, Clementi VI. à confessionibus, patria Narbonen. ex Episcopo Grassensi renunciatur Vasionen sedebat an.* 1348. & 1350. *Multa scripsit in Theologia &c. ex Bibliotheca Carmelitana Ludouici Iacob.*

At quomodo potuit hic esse Magister Sacri Pa-

Palatij, atque ad Graſſen. Epiſcopatum aſſumi die 26. Iunij anni 1345. ſi ex ſupracitatis Vaticanis Regeſt. conſtat Raimundū Durandi à die 23. Iunij an. 1343. vſq. ad diem 7. Sept. 1345. in Sacri Palatij Magiſterio præfuiſſe? Et ſi Petrus Carmelita præfatus erat Magiſter Sacri Palatij quando aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Graſſen. quare de tali Magiſterio Acta Conſiſtorialia mentionem non faciunt, pro vt ſolent in omnibus huiuſmodi Magiſtris?

Fuit quidem Petrus de Bireto Carmelita, vir doctus, qui multa ſcripſit, Clementi VI. à confeſſionibus, atque Lector in ſcholis Sacri Palatij, quo decepti Authores prædicti, inter Lectores Sacri Palatij, & Magiſtros eiuſdem diſcrimen ignorantes, ipſum Sacri Palatii Lectorem, Magiſtrum eiuſdem incautè nominauere: (in quem errorem etiam quidam Ord. Minorum ſcriptores, de ſuis Lectoribus Sacri Palatii tractantes, incidere.) Ni dicere velimus Authores præfatos nominum ſimilitudine circumuentos fuiſſe, vt ſupra num. xv. cum de noſtro Petro de Pireto tractamus, referimus.

XVIII.

P.F. Io: Morlandinus.

SVccessorem habuit in Magisterio hoc Raimundus Durandi P.F. Ioannem Molandinum Lemouicensem Gallum Prouinciæ Tolosanæ à Clemẽte VI. creatũ, cuius memoria habetur in Regest. Vatic. eiusdẽ Pont. sub die 17. Septemb. anno millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, eodẽ Lucarino Episc. teste, ex Inquisitore Tolosano assumptus. Fuit Io. de Lemouicen. conuentu, Gherardo Card. de S. Adimaro ex Ord. nostro assumpto in paucis carus, quo procurante apud Clementem Pont. Max. patruum suum S. Palatii Magister, post varias in Ordine obitas præfecturas, creatus est. Eiusdem autem sublato Guarino Magistro Generali, in eius locum Barchinonæ communi Patrum suffragio Ordinis nostri clauũ obtinuit an. millesimo trecentesimo quadragesimo nono, sequentiq. an. ab eodẽ Põt. Max. S.R.E. Card. sub Tit. S. Sabinæ creatus, in ea dignitate, nec vestitũ, nec victu cõsuetum Ordinis immutauit. Obiit Auenione an. millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo apud

noſtros ſepultura electa. Scripſit doctus vir.

De Reparatione lapſi.

Sermones multos.

Olmeda in eius vita, Lucarin. & Auct. ſupra cit.

XIX.

P.F. Guillelmus Sudrè.

ELecto ad ſupremũ Ordinis regimen Morlandino, in Magiſterio Sacri Palatii ſubſtitutus fuit ab eodem Clemente VI. an. milleſ. trecenteſimo quadrageſimo nono P. F. Guillelmus Sudrè Gallus, patriâ Tullenſis de Conuentu Briuenſi, vir omnium ſcientiarum corona redimitus, potens in opere, & ſermone, fuitque ob ſuas virtutes, atque præſtantes animi dotes, in maxima exiſtimatione apud Pontificẽ Max. illiuſque Curiam. Eius mentio habetur in Regeſt. Vaticanis eiuſdem Clementis P.M. ſub die 24. Nouemb. an. 1349. Lucarino teſte. Tandem anno milleſ. trecenteſimo ſexageſimo ſexto ab Vrbano Papa V. S.R.E. Card. creatus, Legatuſq. in Regnũ Neapolit. miſſus, an. 1369. Maſſilienſis Paſtor renunciatus eſt; dieq. 7. Decemb.

eiusdē anni pro Philippo decessore suo in Massilien. Ecclesia, recognouit Apostolicam Sedem Auenione obiit 4. Kal. Octob. sub Gregorio XI. anno millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, ibidem apud nostros sepulturæ traditus cū hac breui epigraphe. *Requiescat in pace.* Scripsit.

De Misteriis S. Crucis.

Super argutias Logicæ.

Epistolas plures in causis Fidei.

Ex lib. prou. Prælat. Verb. V. tom. 3. Gall. Christ. Olmeda in vita Io: Morlandini Mag. Ord. Plod inter Card. Lucarin. obi sup. & Vghell in M.S.

X X.

P. F. Ioannes de Tambaco.

AD purpuram euecto Guillelmo Sudrè, eodem anno 1366. Vrbanus V. ad Imperatoris instantiam Sacri Palatii Magistrum nominauit P. F. Io: de Tambaco, virum suo sæculo nemini secundum. Hic natione Teuto, Argentinensis cœnobii nobilis Alumnus, pietate, & religione celebris, in sacris literis versatissimus, primus Pragensis Studii nostri in Bohemię Prouin-

uincia Regens extitit, in quo, cum præstantissimi viri sibi nomen comparasset, ab Vrbano V. Sacri Palatii Magisterium obtinuit: de quo ita ait Olmeda in Simonis Lingonien. Mag. Ord. vita: *Post Guillermum verò assumptus est ad Magisteriũ Sacri Palatij F. Io: de Tambacho Prouinciæ Saxoniæ, Conuentus Argentinen. vir sanctissimus, primusque Regens studij Pragen. ad instantiam Imperatoris, & Regis Caroli. Multa scripto mandauit iste, quæ viri supereminentem, superfluentemque sapientiam præseferunt; & quæ etiam extranei non silent. Migrauit post annum octogesimum ætatis suæ, gestis etiam insignibus decoratus.*

Quæ autem scripsit Io: sunt ista.

De Culpa, & gratia.
De Amore virtutum.
De Beatitudine.
De Simonia Claustralium.
De Ingrato commodo Sacerdotum.
De Proprietate Mendicantium.
De quarta, & eius Moderatione.
De Priuilegiis exemptorũ circa interdictũ
De Identitate Indulgentiarum.
De Reparationibus.
De sensibilibus deliciis Paradisi:
De Præconiis S. Io: Euangelistæ.

Di-

Directorium Confessorum.
Sermones varij.
Volumenque magnum in quindecim lib. diuisum, quod vocauit Consolationem Theologiæ impressum Leridæ, estque in Barberina Bibliotheca. *Lusit. in Bibl. Olmeda vbi sup. & Fernand. inter Script cum Lucdrino.*

XXI.

P.F.Nicolaus de S.Saturnino.

EViuis sublato Io.de Tambaco, in eius locũ Sacri Palatij Magister nominatus fuit P. F.Nicolaus de S.Saturnino Gallus Claromontẽsis à Gregorio XI. circa annum millesimum trecentesimum septuagesimum, qui schismate in Ecclesia, Vrbano VI.Pont. suborto, in Galliam à Cardinalibus Clementis, dicti in sua obedientia VII. partes sequentibus, directus fuit vt Regem, Parisinamque Vniuersitatem in suam sententiam euocaret; quod cum præstitisset, ab eodem Clemente Cardinalis creatus fuit an.1378 die 16. Decemb. in cuius obedientia permansit vsque ad mortem. Obijt Auenione post multas pro eodem Clemente peractas Legationes,

an.

an. 1382. in noſtra Eccleſia ſepulturæ traditus. Fuit Nicolaus in Ordine vir celebris, in Pariſiena vniuerſitate magnæ famæ doctor, & in prouincia Franciæ Prior Prouincialis, ex quo munere Sacri Palatij Magiſter nominatus fuit; maiorique laude dignus cenſeretur, niſi Clementi adheſiſſet, de quo inter Pſeudo Mag. in fine huius operis *Ex Vatic. Regeſt. eiuſd. Clemen. Olmed. in vita B. Raimundi de Capua Mag. Ord. Plod. inter Card. & Lucarin. vbi ſup.*

XXII.

P. F. Petrus Ylperinus.

AD Pſeudo Pontificem Clementem cum acceſſiſet Nicolaus, Vrbanus VI. Pont. Max. alterũ ex noſtro Ordine ſibi in Sacri Palatij Magiſtrũ, P. F. Petrum de Ylperinis nobilem Romanum delegit, cuius familia nunc quoque in Vrbe inter primarias recenſetur, & de Alberinis nuncupatur. Hic in conuentu S. M. ſuper Mineruam ad Ordinẽ receptus, ſacriſq. ſtudiis addictus, inſignis Theologiæ doctor euaſit, & poſt varias prælaturas in Ordine, & præſertim ſua Romana Prouincia laudabiliter obitas, ad Magiſterium Sacri Palatii euectus eſt anno

milleſ.

milleſ. trecenteſimo ſeptuageſimo octauo : Ex quo munere ab eodem Pont. cui maximè carus erat ſequenti an. ad Marſicen. Eccl. aſſumptus; cũ ad eam ſe conferret, ab intruſo Epiſcopo Pſeudo Pontificis Clementis multas perſequutiones perpeſſus, in Vrbem redire coactus fuit; vbi anno milleſ. trecenteſimo octuageſimo tertio quieuit in pace, in noſtra Eccleſia S. M. ſuper Miner-uam in familiæ ſuæ peruetuſto ſacello D. Dominico dicato ſepultus ſub lapideo tumulo eius effigiem in pontificalibus repreſentante cum familiæ ſuæ ſtemmate, atque inſcriptione ſequenti eidem appoſita.

Hic requieſcit V. erab. Pater Dom.
F. Petrus de Vlperinis Ord. Prad.
Eximius Sac. Theol. doctor :
Scholarum & Sac. Pal. Magiſter,
Marſicanus Epiſcopus,
Qui obÿt an. Dom. M. CCCLXXXIII.
Die XX. Iunÿ. Cuius anima
Requies cat in pace.

Conſpicitur modò eius ſepulchralis lapis parieti ſacelli Sanctiſs. Annuntiate prope portam lateralem Eccleſiæ, reſpicientem ad miridiem, affixus. *Lucarin. vbi ſup. Vghell. to 7.*

P.F.

XXIII.

P.F. Vgolinus de Camerino.

POst assumptionem Ylperini ad Marsicanã Ecclesiam, P.F. Vgolinus de Camerino ex Romana Prouincia Sacri Palatii Magister ab Vrbano Papa VI. creatus fuit anno milles. trecẽtesimo septuagesimo nono, in quo nobili munere pluribus annis egregiam operam posuit. Fuit Vgolinus sapientissimus sacræ Theologiæ Magister, partesque Vrbani è suggestu, ex cathedris, atque in priuatis colloquiis, verbo, & calamo indefessè, quoad vixit, propugnauit. Eius è viuis excessum silent scriptores nostri ob schismatis Ecclesiæ turbines, confundentes quãdoque Pseudo Pontificum Magistros, cum veris Sacrì Palatii Magistris. Reliquit post se Vgolinus nobilia ingenii sui monumenta. Scripsit enim.

Sermones de Sanctis.
De B. Virgine.
De Feriis Quadragesimæ.

Lucarinus vbi sup. Plod p. 2. lib. 2. & Fernand.

P.F.

XXIV.

P.F.Iacobus Arigonus.

SVccessorem habuit Vgolinus in Magisterio Sacri Palatij P. F. Iacobum Arigonum de Balardis Laudensem ex Prouincia Lombardiæ, qui cum eximiæ famæ Theologus esset, à Bonifacio IX. circa annum millesimum trecentesimum nonagesimum quintũ promotus fuit. Annis pluribus hoc Magisterium exercuit, optimi, & docti viri sibi nomine acquisito. A Gregorio XII. postmodũ suæ patrię Episcopus creatus die 26. Februarij an. millesimo quadringentesimo septimo, Pisano Concilio interfuit an. 1409. in quo Alexander Papa V. fuit electus, cuius partes sustinuit eidem semper acceptissimus. In Cõstantiensi Concil. an. 1414. inchoato, sess 21. cõtra Hieronymũ de Praga hęresiarcham perorauit, cuius orationem transcripsit Cochlæus lib. 3. hist. Husitarum Ioannem XXIII. in eodem Concilio à summa Sede postmodum depositum, duorum mensium hospitio recepit, cum Constantiam à Patribus Concilij ad dicendam suam causam vocatus fuisset: Decem annis

Laudensi Ecclesiæ præfuit, ad Tergestinam sedem postmodum translatus 4. Kal. Ianuari an. millesimo quadringentesimo decimo septimo; ex qua deinde assumptus ad Vrbinatē 3. Id. Decemb. an. millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, ibidem transijt ad superos die 12. Septemb. an. millesimo quadringentesimo trigesimo quinto.

Lucarin. vbi sup. Vghell. tom. 2. 4. & 5.

XXV.

P. F. Leonardus Statij de Datis.

HVnc successorē habuit in Magisterio Sac. Palatij Iacobus Arigonus. Is Florentiæ nobili loco natus, & in conuentu S. Mariæ Nouellæ educatus, pietatem cum studio coniungens, breui tempore magni nominis vir euasit, per Italiam totam verbi Dei anuncionator eximius, potens in opere, & sermone Florētiæ, & alibi Prior, Prouincialis Romanus, & Bononiensis Inquisitor effectus. A Gregorio XII. anno millesimo quadringentesimo septimo Magister Sacri Palatij renunciatus, in ea præfectura ita se cum laude gessit, vt in Capitulo Generali Floren-

rentiæ celebrato anno milleſimo quadringenteſimo quartodecimo Magiſter Generalis Ordinis communi Patrum voto electus fuerit. In ſuo regimine amabilem ſe cunctis exhibuit, regularemque obſeruantiam promouere non deſtitit. Conſtantienſi Concilio interfuit, communibus ſuffragijs vnus ex electoribus, qui ibidem reddita Eccleſiæ Catholicæ optatiſſima diu pace, & vnione, Martinum Papam V. in feſto S. Martini 11. Nouemb. anno 1417. elegerunt. Ab eodem Pont. Max. cum quibuſdam alijs Prelatis Legatus pro Papienſi Generali Concilio habendo delectus, illud aperuit, & inchoauit: verùm graſſante lue, Senas fuit poſtmodum translatũ. Eundem Martinus Pont. abſentem S.R.E. Cardinalem creauit vno, vel altero die antea è viuis ereptum Florentiæ an. milleſ. quadringenteteſimo vigeſimo quinto, vbi in conuentu S. Mariæ Nouellæ eundem Martinum Pont. Max. ex Conſtantienſi Concilio reuertentem nobili exceperat hoſpitio. Scripſit Leonardus.

Sermones de Flagellis.
De Sanctis.
De Tempore.
Sermones in Concilio Conſtant. habitos.

Librum, cui tit. est *Petitiones*.

Carmine Metheoram Arist. expressit.

Olmeda in eius vita. Lucarin. vbi sup. Fernand. & Plod.

XXVI.

P. F. Bartholomæus de Bolstenech.

AD supremũ Ordinis regimen euecto Leonardo, Sacri Palatij Magister in eius locũ à Io: XXIII. renunciatus fuit P. F. Bartholomæus de Bolstenech natione Germanus, eximius Sacræ Theologiæ doctor anno millesimo quadringentesimo quartodecimo, teste Olmeda in vita Leonardi Dati Mag. Ord. *Fuit Bartholomæus*, inquit Lusit. in bib. *vir eruditionis eximiæ in Philosoph saculari, & diuina, & vti bonarum artium notitia, sic etiam ingenij præstantia, & pluribus alijs animi dotibus excultus, & adornatus.* Breue tẽpus in hoc Magisterio vixit. Reliquit posteris sui ingenii partum: Scripsit enim librum, cui titulus est

Homo completus.

Comment. super 4. lib. Sentent.

Lucarin. vbi sup. Plod. p. 2 lib 2. & Fernand.

P F.

XXVII.

P.F.Io: de Casanoua

BArtholomæo in Sacri Palatii Magisterio succesſit P. F.Io: de Casa Noua Barchinonensis ex Prouincia Aragonię,a Martino V.primo sui pontificatus anno , nempe salutis millesimo quadringentesimo decimo octauo promotus. Hic Ordinis habitu in Barchinonensi conuentu assumpto adulta iam ætate , ita sacris studiis animum applicuit,vt breui tempore sibi præstãtissimi viri nomen vindicauerit. Ad Sacri Palatii Magisterium euectus, Romanæ Curiæ,atq. Pontifici Maximo ita se amabilem reddidit , vt supremis honoribus ab omnibus dignus iudicaretur. Episcopatum Bonsanum primò anno millesimo quadringentesimo vigesimo quarto ab eodem Martino V. suscepit, deinde Eluensem an. 1429. postmodum Gerundensem Ecclesiã administrandam obtinuit , inter S. R. E. Cardinales ab eodẽm Pont.Max. cooptatus vltimo sui põtificatus anno, qui fuit salutis humanæ 1430 quem cum alijs Cardd.publicauit postmodum Eugenius IV. eius succesſor anno sequẽti.Obiit

Flo-

Florentiæ an. 1436. die 24. Febr. in nostro nobili templo S. Mariæ Nouellæ sepulturæ traditus. Scripsit,

Contra schismaticos Basileenses.

De Potestate Papæ supra Concilium.

Gall. Christ. tom. 2. Oldoinus, Vghellin M. S. Lucarin. & Script. supradd.

P.F. Franciscus Diagus Ordinis nostri in catalogo Episcoporum Gerundensiũ, qui manuscriptus asseruatur apud eruditissimum virum Abbatem Vghellium, & incipit à S. Narcisso primo Gerundensium Episcopo, qui proprio sanguine laureatus, gloriosus Martyr occubuit 4. Kal. Nouemb. anno circiter ducentesimo nonagesimo septimo; de præfato Io: tractans, eum sexagesimum primum Gerundensem Pastorem ita enumerat. *F. Io: de Gassanoua Barchinonensis Ord. Prædicatorum Sacri Palatij Apostolici Magister ad Cardinalatum sub Tit. S. Sixti electus à Martino V. & ab Eugenio publicatus, post translationem Andreæ Bertrandi factus est ab Eugenio perpetuus Ecclesiæ Gerunden. administrator, in mense Septemb. 1431. & erat simul Elnen. Episcopus ex dispensatione Apostolica. Obijt apud Florentiã, cuius obitus nunciatus fuit Gerundæ 18. Martij 1436.*

P.F.

XXVIII.

P.F. Andreas de Pisis.

CAsanouæ in Sacri Palatij Magisterio successit P.F. Andreas de Pisis ex Romana Prouincia. Fuit Andreas inter sui sæculi Laureatos doctos nemini secundus, Pisani Conuentus Prior, Romanæque Prouinciæ Prouincialis. Constantiensi Concilio vna cum Leonardo Statio Magistro Generali Ord. nostri interfuit, in quo docti, cordatique viri sibi nomen obtinuit, & Martini V. beneuolentiam promeruit, à quo post Ioannem Magisterio Sacri Palatij an 1424. fuit cohonestatus. Præfuit in hoc munere vsque ad annum millesimum quadringentesimū vigesimum nonum, quo ab eodem Martino Pōtifice Max. Sutrinus Pastor pridie Kal. Martij renunciatus fuit. Tribus tantummodo annis in sibi credita Ecclesia bonus Pastor præfuit, quieuitque in pace an. millesimo quadrigentesimo trigesimo primo. *Ex Regest. Mart. V. Vghell. in M.S. & monum. Conuen. Pisani.*

XXIX.

P.F.Io:de Constantinopoli.

POst assumptionẽ Andreæ ad Ecclesiam Sutrinam, Ioannes de Constantinopoli creatus fuit Sacri Palatij Magister anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono à Martino V. Fuit Ioannes patria Constantinopolitanus, vir peregregius, & tanto Magisterio dignus, qui post varias in Prouincia Græciæ obitas præfecturas, eiusdemque regimen completum, à P.F. Bartholomæo Texerio Magistro Ordinis in socium assumptus, eodem procurante Sacri Palatij Magisterium promeruit ex Martini Papæ. concessione. Nidrosiensis Archiepiscopus ab eodem Pont.Max. renunciatus, oblatam sibi dignitatem viriliter respuit, cuius extat memoria in Vaticanis Regest. Martini V. sub anno millesimo quadringentesimo trigesimo, teste Lucarino: & paulò post in pace quieuit. *Lucarin. vbi sup. & Taeg. in Monum. Ordin.*

XXX.

P.F.Io: de Turrecremata.

EViuis ſublato Io: Conſtantinopolitano, P. F.Io:de Turrecremata Hiſpanus ab Eugenio IV.in ſui pontificatus primordijs Sacri Palatij Magiſter nominatus fuit ; inter celebriores ſui ſæculi viros iure merito computandus ob ſcientiarum cumulum, vitæ integritatem, & in pertractandis negotijs dexteritatem maximam. Ab eodem Eugenio Pontifice ad Baſileenſe Cõcilium miſſus, ibi contra Huſſitas eiuſdem Concilii iuſſu ſcripſit, tractatumque de B. Mariæ Virginis Conceptione compoſuit. At cum Concilium illud in diabolicam congregationem cõuerſum fuiſſet, ex eo diſcedẽs,& ad Eugeniũ reuerſus, eius auctoritatem, etiam ſupra Concilium, & primatum in Catholica Eccleſia mordicus defendit in Florentino Concilio cum Græcis diſputando, & reſpondendo Baſileenſi Oratori coram Pontifice Max. à quo in Hiſpaniam miſſus, dum Curiã repeteret S.R.E. Card. creatus fuit anno milleſ. trecenteſimo trigeſimo nono ſub Tit. S.Mariæ Tranſtibrim, vbi ſupra

portam lateralē quæ ad ſeptentrionem reſpicit, videtur adhuc eius effigies in Cardinalitio habitu genuflexa ante B. Virginem. In ea dignitate conſtitutus, lanea veſte ad carnem ſemper vſus, reliquos noſtri inſtituti ritus fideliter obſeruauit. Erga pauperes munificentiſſimis charitatis viſceribus ſemper affectus, in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam Societatem Sanctiſſimæ Annuntiatæ erexit, cui copioſiſſimos reddidit attribuit pro pauperibus virginibus ſingulis annis cœleſti, vel terreno ſponſo iungendis. Plurima, & præſtantia contulit beneficia diuerſis Ordinis Conuentibus eos, vel Eccleſias illorum reparando, eleemoſyniſque ſubleuando. Dum in Magiſterio Sacri Palatij eſſet, priuilegia pro eiſdem Magiſtris ſucceſſoribus ſuis in perpetuū ab Eugenio IV. impetrauit, quæ ſupra retulimus. Tandem ſenio confectus, octogenarius Romæ in domino obdormiuit laborum ſuorum præmia percepturus, hærede ex aſſe S. Marię ſuper Mineruam Conuentu relicto ad cēties mille aureorum, quæ omnia Sixtus Papa IV. in conſtructionē pontis, qui de eius nomine Sixtus nuncupatur, conſumpſit. Scripſit doctiſſimus vir præter ea, quæ ſupra retulimus.

In Gratiani Decretum.
De Concilio Florentino.
De Pœnitentia.
De Consecratione:
De Concilijs, & Ecclesia.
De Corpore Christi.
De Aqua Lustrali.
De Auctoritate Rom: Ecclesiæ.
De Salute animæ.
De Vnitate Græcorum.
Meditationes in vitam Christi.
Super Regulam S. Benedicti.
Super Euangelia totius anni.
Sermones de tempore, & Sanctis.
Responsionem ad Oratorem Basileen.
Super Psalmos Dauid.
Contra Alcoranum Mahometi.
Librum contra eos, qui arcebant Hebræos ne ad fidem Christi venirent.

S. Brigittæ reuelationes iussu Concilii Basileen. recognouit, doctissimoque commentario illustrauit.

Vt autem omnibus innotesceret quanta esset doctrina Ioannis, & quam proficua Catholicæ Ecclesiæ, Sacrum Florentinum Concilium eum

DEFENSORIS FIDEI nobili titulo decrauit. Corpus eius in Ecclesia S. Mariæ super Minerua in Sacello Sanctiss. Annuntiatæ ab ipso permagnificè constructo conditum iacet, hac simplici inscriptione eius tumulo tunc apposita.

Hic quiescit D. Io: de Turrecremata.
Natione Hispanus. Episcopus Sabinus
S.R.E. Card. S. Sixti
Qui obijt 26. Septemb. an. MCCCC.LXVIII.
Requiescat in pace.

Postmodum autem Sodalitas Sanctiss. Annũtiatæ fundatori suo nobiliorem tumulum cum eius effigie, & stemmate ex ære parieti affixo ad Altaris dexteram constituit, sequenti apposito elogio.

F. Io: Hispano Vallisoletano
Ex veteri, pura, nobilique familia
De Turrecremata
Ordinis Pradicatorum
S.R.E. Card. Episcopo Sabinen.
Pietate, ac doctrina clarissimo
Multis legationibus egregiè functo,
B. Virginis Annuntiatæ
Sodalitas
Auctori suo Posuit.

Obijt

Obijt Romæ V i. Kal. Octobris.
An. Dom. MCCCC. LXVIII.
Ætatis verò ſuæ LXXX.

Ad pedes autem tumuli in terra ita legitur.

D. O. M.
Oſſa F. Io: de Turrecremata
Ordinis Prædicatorum S. R. E. Card.
Epiſcop. Sabinen.

Olmed. in vita Texerii Mag. Ord. Lucarin. vbi ſup. Plod. p. 2. lib. 2. & Script. Ord.

XXXI.

P. F. Bartholomæus Lapatius.

IO: de Turrecremata ad purpurã euecto, Eugenius Papa IV. in tanti viri locum delegit Patri Ealatii Magiſtrum Bartholæum Lapatiũ de Vbertinis Turæcrematæ dignũ ſucceſſorem. Hic Florẽtiæ nobili ſanguine natus, & in P. Mariæ Nouellę cœnobio inter D. P. Dominici ſectatores adſcitus, vir doctiſſimus euaſit, græcæ linguæ peritiſſimus, & ſui ſæculi Theologiæ Laureatus celeberrimus. Florentino Concilio interfuit an. 1439. in quo, inquit Olmeda, *Cum*

non

non modò latino eloquio sed Græca redoleret eloquentia, ita errores Græcorum in Concilio demonstrauit, vt induceret Ioseph Patriarcham Constantinopolitanum, qui è Græcia Florentiam cum Imperatore Græcorum aduenerat, ad fidem Rom. Ecclesiæ in qua & paulò post defecit, apud nos in S. Maria Nouella sepultus. Nec non & contra Episcopum Ephesinum Græcorum peritissimum maximè inualuit; non iam in fundæ & lapide, sed in solo scripturæ verbo.

Post terminatum Concilium, ab eodem Eugenio Cortonensis Episcopus creatus die 24. Ianuarii an. millesimo quadringẽtesimo quadragesimo, eidẽ Ecclesiæ præfuit vsque ad annum 1449. quo ad Coronensem in magna Græcia translatus est à Nicolao V. à quo in Hungariã & Bohemiam Legatus Apostol. directus iam fuerat superiori anno 1440. Verùm breui tempore eam Ecclesiam rexit; nam propriæ quietis cupidissimus, illa liberè dimissa, in patriam se recepit, vbi S. Romuli Commendatarius effectus, ibidem pietatis operibus totus intentus, relicto sanctioris vitæ odore, in manus Conditoris efflauit animam die 24. Maij an. millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, in suo Conuentu S. Mariæ Nouellæ cũ hoc rudi epitaphio sepulturæ traditus.

Bar-

Bartholomæo Lapatio Coronen. Episc.
Armis omnibus Ecclesiæ
Militi inuictissimo
Pietas curauit.

Scripsit sapientissimus Magister:

Librũ De sensibilibus delicijs Paradisi ex tractatu Io: de Tambacho desumptum.

Conciones de B. Virgine.

Commentaria super Ps. *Miserere.*

Horum quædam Pio II. Pont. Max. dicauit, coram quo sœpius perorauit. Reliqua eius opera manuscrip. in Bibliotheca S. Mariæ Nouellæ de Florentia asseruantur: *Vghell. tom. 1. Olim in vita Bart. Texerij Mag. Ord. Lucarin. vbi sup. & Fernan.*

XXXXI.

P. F. Henricus Kaltisen.

POst Lapatij assumptionem ad Cortonen. Ecclesiam Magister Sacri Palatij creatus fuit anno millesimo quadringentesimo quadragesimo P. F. Henricus Kaltisen Germanus, patria Confluentinus, sua doctrina, & sactis concionibus Germaniæ, atque Italiæ notissimus. Hic

antequam ad tam nobilem Præfecturam assumeretur, anno scilicet 1433. in Basileensi Concilio per tres dies continuos cum Vldarico, Presbytero, Orphanorum Bohemorum Oratore, de libera verbi Dei prædicatione, quod erat dogma propositum Catholicis ab hæreticis Bohemis, publicè disputauit, eumque confudit. Factus postmodum in Germania hæreticæ prauitatis Inquisitor, in eo munere catholicæ fidei partes inuicto animo defendit, atque ab illius recto calle declinantes salutaribus pœnitentiis, ad meliorem frugem reuocauit. Duodecim annis hoc nobili Magisterio functus, creatus demum fuit Nidrosien. Archiepiscopus in Noruegia 3. Kal. Martii anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo à Nicolao Papa V. prout in lib. Prouis. Prælat. eiusdem habetur: cumq. pluribus annis commissas sibi oues proprio exemplo ad salutis pascua dirigere non destitisset, laborum suorum præmia percepturus, quieuit in pace. Scripsit.

Sermones de tempore & Sanctis

Super Canticum B. Virg. *Magnificat.*

Collationes ad Clerum

Quæstiones varias.

Ex lib. Prouis. Prælat. Nicol. V. Lusit. in Bibliot. Olmeda in vita Corradi Asten. Mag. Ord. & Lucarin. vbi sup.

XXXIII.

P. F. Iacobus Aegidij.

PRomoto Henrico ad Archiep. Nidrosien. Nicolaus Papa V. Sacri Palatij Magistrũ P. F. Iacobum Ægidij Aragonensem eodem anno Milles. quadringẽtesimo quinquagesimo secundo creauit. Fuit Iacobus vir doctissimus, Alphonso Aragoniæ Regi, Magnanimo nuncupato, in paucis carus, à quo Florentiam instante Concilio missus, doctrinã suam Eugenio Pont. & Patribus tàm gloriosè patefecit, vt assumpto Henrico ad Nidrosiensem sedem, Sacri Palatij Magister applaudente Apostolica Curia creatus fuerit. Mandante Calisto III. Transfigurationis Dom. Nostri Iesu Christi Officium composuit, cuius festum in Ecclesia idem Pont. Max. ob insignem victoriam die 6. Augusti de Turcis reportatam instituit. Priuilegiorum Magistris Sacri Palatij ab antecessoribus Summis Pont. concessorum confirmationem ab eo-

dem Caliſto, prout in huius operis initio retulimus, impetrauit. Vitam cum morte commutauit circa annum Milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum quintum. Scripſit præterea Iacobus Magiſter in Theologia eruditiſſimus, ingenij, eloquentiæ, & doctrinæ ſplendore clarus, vt inquit Luſitanus in Bibliot. Ord.

De veritate Conceptionis B. Virginis.

Olmeda in vita Martiali Auribell. Mag. Ord. Lucarin. Plodius, & Fernandez vbi ſupra.

XXXIV.

P. F. Leonardus Manſuetus.

SAcri Palatij Magiſterium poſt Iacobū obtinuit P. F. Leonardus Manſuetus Peruſinus ex Romana Prouincia à Paulo II. creatus, poſt peractū in eadē Romana Prouincia Prioris Prouincialis munus. Vicarius Generalis Magiſtri Ordinis Corradi Aſtenſis, ſimul & Magiſter Sacri Palatij, in Generali Capitulo an. Milleſ. quadringēteſimo ſexageſimo octauo Romæ celebrato præfuit, abſente à Curia Corrado in nēgotijs Apoſtolicæ Sedis detento: hoc tamen

men acephalum in subsequenti Capitulo Auenionensi, habito an. 1470. declaratum fuit, quòd eiusdem Præsidem iuxta Cõstitutiones nostras ipsum Capitulum non elegerit. E viuis autem sublato Corrado Magistro Generali, in illius locũ Ord. Magister summo Patrum consensu electus fuit Romæ anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, gratulãte ipso Pont. Max. Sixto IV. qui Leonardum vnicè amabat; à quo dùm ad sacram purpuram destinabatur, raptus est è mortalium oculis sexto sui regiminis anno qui nostræ fuit salutis Millesimus quadringẽtesimus octogesimus, Iulii 27. Iacet in Ecclesia S. Mariæ super Mineruam cum sequenti inscriptione tumulo apposita.

Leonardo Mansueto Perusino
Theologo sapientissimo, viro integerrimo
Omnibus Religionis Prædicat. officijs
Pro meritis functo. A Paulo II.
Sac. Palatij Magistro designato.
Demum sub Sixto IV. Pont. Max.
Consensu publico Romæ in Generalem assumpto.
Religio Prad. opt. ac B.M. posu.
Vixit annos LXVI: menses 6. dies XXVI.

Olmed. in eius vita, Plod. p. 2. lib. 3. Lucarin. & Fernand. vbi sup.

XXXV.

P.F. Saluus Cassetta.

ELecto in Magistrum Ord. Leonardo Mãsueto P.F. Saluus Cassetta Panormitanus Sacri Palatii Magister à Sixto IV. institutus fuit anno 1474. cum antea in Sicilia esset Generalis Quæsitor Fidei, in quo officio viginti sex annorũ integro decursu partes suas viriliter egerat, prout habetur in Regest. Magistri Ord. Leonardi Mansueti fol. 101. sub an. 1474. Sixto Põtifici acceptissimus fuit, de quo Olmeda hæc habet. *Huic Sixtus interdum blandiens, dicere solitus erat: Felicior tu cunctis, qui non dum perseueraste vsq. in finem, & saluus es. Cui ille respondens aiebat: Vtinam non infelicior, qui nomen habeam, quod viuam, & mortuus sim.* Ab eodẽ quoque excipi solebat in hæc verba. *Salue SALVE.* E' mortalibus autem sublato Leonardo, Magister Ord. nominatus fuit anno 1481. non per electionem, sed per communem inspirationem, & publicam vocem, vt Pontifici Maximo id enixè petenti, satisfacerẽt Patres. Legatus Apostolicus in Theutoniam ab eodem Sixto missus, apud Coloniam B. Alberti Magni Sa-

Sacra ossa in nobiliorē locū ducentesimo ab eiusdem obitu anno transtulit, cuius brachium Pōtifici dono dedit. At dum nobiliorem fortunam expectaret, in mortis amplexus corruit Romæ 17. Kal. Octob. anno 1483. cum in Magisterio Sacri Palatii annos septem, & in Generalatu duos vixisset. Scripsit Saluus vitam S. Vincentii Ferrerii, & quamplures Epistolas eruditione maxima refertas. Sepultus est in nostra Ecclesia S. Mariæ super Mineruam, hac inscriptione eius tumulo apposita.

Saluo Cassetæ Panormitano sum no Theologo
Hæresis annis XXVI. Inquisitori.
Sacri Palatij Magistro VIII.
Cæteris Prædicatorum muneribus
Præclarè functo: demum sui Ord.
incredibili omnium consensu
Generali assumpto.
Misso pro arduis Ecclesiæ rebus
à Sixto IV. Pont. Max.
In Germaniam Legato.
Et re ex voto perfecta, reuerso
De se maiori spe, desiderioque relictis.
P. Opt. ac benemerito Ordo poni curauit,
Annum agens LXX. Obijt XVII. Kal. Octob.

An.

Olmed. in eius vita Plod. Lucan. & Fernand. vbi sup.

XXXVI.

P.F. Paulus de Monelia.

POst Saluj ad Magisterium Ord. assumptionem, Sixtus Papa IV. Sacri Palatii Magistrum nominauit P.F. Paulum de Monelia Ligurem anno Millesimo quadringentesimo octogesimo primo. Hic Dominicanam togam in Cœnobio S. Mariæ de Castello Ianuæ induit, sacrisque studiis addictus, Magister celebris, diuinique verbi præco insignis euasit. Prior prouincialis Lombardiæ electus, in ea præfectura prudentis, & cordati viri nomen consequutus; ea terminata, Sacri Palatii Magister creatus est. A Saluo Casseta Generalis Inquisitor Liguriæ creatus fuit, (Tunc enim Inquisitores in Christiano Orbe à Magistris Generalibus Ord. nostri ex Apostolica concessione instituebantur, vt alibi referemus) an. 1494. cum retentione tamẽ Magisterii Sacri Palatii, vt apparet ex eius Regest. fol. 247. Ab Alexandro Sexto Inquisitor in

Vr-

Vrbe vnà cum eiusdem Gubernatore factus est contra multos Iudaizantes ex decreto in Consistorio die 22. Iulij an. 1498. in hunc modum recensito. *F. Paulus de Monelia Magister Sacri Palatij cum Vrbis Gubernatore fuit institutus Inquisitor contra multos, qui cum Iudæis in cæremonijs, & ritibus participabant, tã mulieres quàm viri, & fuere circa ducentũ, quos omnes iniunctis salutaribus pœnitentijs S. R. E. reconciliauit, de quibus omnibus verbum habitum est in Consistorio coram Sanctissimo die Veneris 22. Iulij habito.* Ab eodem Alexandro Pont. Max. ad Chiensem Ecclesiam assumptus postmodum die Veneris prima Februar. anno Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, & in Hungariam Apostolicus Nuntius directus, Budæ eodem anno quieuit in pace, acquisito sibi pijssimi, & doctissimi viri nomine.

Scripsit eruditas postillas super vniuersa Biblia. *Ex Act. Consist. eiusdem Alex. Pont. Olmeda in vita Ioachini Turriani Mag. Ord. Plod. p. 2. lib. 3. & Lucarin. vbi supra.*

P.F.

XXXVII.

P.F. Ioannes Nannius.

VAcante Magisterio Sacri Palatij per assumptionem Pauli ad Chien. Ecclesiam Alexander Papa VI. in eius locum P.F.Io:Nannium Viterbiensem, quem communiter Scriptores Annium nuncupant, substituit eodem anno Milles. quadringentesimo nonagesimo nono. Hic Ordinis habitu in Viterbiensi Conuẽtu S.Mariæ ad Gradus assumpto, in sacris literis, philosophia, & historijs versatissimus, Græcam, Hebraicam, Caldeam, Armenamque linguam callens, apud eundem Alexandrum Põt. in magna fuit existimatione. Quatuor annis, non completis, in hoc Magisterio præfuit, vitamque cum morte commutauit die 13. Nouemb. an. Milles. quingentesimo secundo, in nostra Ecclesia S.Mariæ super Mineruam ante gradus sacelli S.P. Dominici sepulturæ traditus cum sequenti elogio.

D. O. M.

F.Io:Nannio Viterbien.Ord.Prad.
Diuinarum literarum doctissimo.

Sacri

Sacri Palatij Magistro.
Ex pietate positum.
Vixit ann LXX.
Obijt XIII. Nouemb. MD. II.
S.P.Q.Viterbien.
Pietate suorum restaurandum.
curauit MDCXVIII

Scripsit Nannius Theologus clarissimus, diuinarum scripturarum studiosissimus, historiarum omnium, & rerum antiquarum sedulus indagator.

Commentaria in Berosum Babylonium
Metasthenē Persā, & Menethonē Ægiptiū
In Chronographiam Platonis
In Psalterium, & Apocalipsim:
De primis temporibus.
De XXIV. Regibus Hispaniæ.
De antiquitate, & rebus Hetruriæ.
De Hetrusca, & Italica Chronographia
De Dignitate Officii Magistri Sac. Palatii.
Quæstiones de Tuscia.
Typographicā emendationē Chronicorū.
Chronagraphiam contra Eusebium,

Edidit quoque lib. 1 Quæstionum in Apocalypsim, quem Sixto IV. dicauit, ostendens Be-

ſtiam in cap. 13. commemoratam, ſcilicet Antichriſtum, eſſe Pſeudoprophetam Mahumetem cum ſua ſecta. *Luſit. in Bibl. Lucar. & Plod. vbi ſup.*

XXXVIII.

P.F. Io: de Ferraria.

E Communi mortaliũ luce ſublato Nannio, Alexander Papa VI. Sacri Palatii Magiſtrum P. F. Ioannem de Ferraria, virum commendatiſſimum eodem anno 1502. nominauit, qui in regulari Congregationis Lombardiæ obſeruantia enutritus, Bononiæ, Ferrariæ, alibique præfuit, ac docuit. In hæreticam prauitatem Quæſitor inſtitutus, maximus in illo fidei zelus, ſingularis pietas, inſignis doctrina, morumque candor illuxit. His permotus Vincentius Bandellus Magiſter Ordinis ſibi in ſocium eum delegit, ac in defuncti Nannii locum ſubſtitui curauit, de quo Olmeda in eiuſdem Bandelli vita ſic fatur. *Fuit Io: Eccleſiæ Romanæ gratus, verboque, & ſcripto famoſus, hiſtorias maiorum temporum, etiam ethnicas in promptu habens.* Decẽ huic muneri præfuit annis, cõpleuitque dierum ſuo-

rum

rum cursum anno Millesimo quingentesimo duodecimo. *Olmeda, Lucarin. Plod. & Fernand. vbi sup.*

XXXIX.

P.F. Siluester de Prierio.

POst Ioannis excessum Sacri Palatij Magisterium à Iulio II. P.F. Siluester de Prierio anno 1512. impetrauit. Fuit Siluester natione Pedemontanus, in canonico, ciuilique iure versatus, sacris literis omnigena eruditione præditus, regularique disciplina exactissimè excultus. Bononiensi studio Regens, atque Congregationi Lombardiæ Generalis Vicarius annis pluribus præfuit. Sacri Palatij Magister delectus, vitæ exemplo, morum candore, doctrinæ profunditate, atque sacra prædicatione, maximi viri apud Romanam curiam, & Orbem assecutus est æstimationem. Leoni X. acceptissimus, eo mandante hæresiarcham Lutherum iudiciali sententia damnauit. Vitam cum morte commutauit doctissimus vir anno Millesimo quingentesimo vigesimo tertio post completam Apologiam de conuenientia institutorum Ro-

manæ Ecclesię cum Euangelica libertate aduersus Lutherum, quæ Venetijs postuma in lucem prodijt anno 1525. Scripsit præterea

De secundis intentionibus.

Commentaria in sphæram Io. de sacro bosco

Meditationes de Passione Domini.

Introductorium Logicæ.

Defensorium doctrinæ D. Thomæ.

Commentaria super 4. lib. Sentent.

De obseruatione morientium.

Confessionale magnum, & paruum.

Libellum Exorcismorum.

Commentaria in theoricas planetarum.

Historiam B. Virg. & S. Mariæ Magdal.

Malleum Scotistarum.

Summam de peccatis.

Dialogum de B. Maria Magdal.

Expositionem Missæ.

De immolatione Agni Paschalis.

Sermones de tempore, & sanctis.

Auream Rosam Patrum auct. refertam.

Quæstiones LXIX. ad Euangelia Dominicarum totius anni.

Quæstiones casuum impertinentium LXV.

Quadragesimale LXV. sermonum.

De

De Strigibus.

De Mirandis lib. 3.

Omnes materias, quas S. Thomas ſparſim tractat, in vnum conflauit. Scripſit præterea Italico ſermone.

La ſcala del S. Amore.

La ſomma per li Confeſſori.

Vn trattato ſopra l'antifona *Regina Coeli*.

Vn altro ſopra il naſcere; viuere, è morire.

La vita della B. Maria Madalena con più annotationi.

Primus inter omnes, qui calamum in impium Lutherũ acuère, fuit, Prierius interfuitq. Conſiſtorio Secreto coram Leone X. habito die Mercurii 23. Maij an. Milleſ. quingenteſimo vigeſimo, cum Nicolao Sciombergo Procuratore Generali Ord. noſtri, in quo propoſitis ſingulis eiuſdem Lutheri articulis, fuit ſtabilita Apoſtolica Bulla contra eundem.

Obijſſe verò in Vrbe ipſum ex cõtagioſa lue, quæ in Vrbe incepit anno 1522. in hunc modũ teſtatur Olmeda in vita Caietani Mag. Ord. *Demum Silueſter Prieras S. Pal. Mag. dira peſte, quaſi non eſſet vnctus oleo ſcientiæ, & virtutis præ alijs, ſublatus in Mineruæ conditus eſt.*

Cum

Cum autem in Fidei negotio contra impium Lutherũ Siluester de Prierio à Leone Papa X. ad diuersos Italiæ principes delegatus fuisset, de eiusdem Pont. beneplacito, in Magisterio Sacri Palatij Thomam Badiam substituit, de quo in Diariis eiusdem Leonis, à Parisio de Grassis Bononiense Pisauren. Episcopo, & primo ceremoniarum Magistro, hæc leguntur in die Palmarum anni 1521. *Pridie aliquando ad me venit Magister Thomas* (scilicet Badia Mutinen.) *Frater S. Dominici, qui aliquando in Cappella orauit tam eleganter, & ostendit mihi qualiter Magister Palatij ipsum substituit in loco, & officio suo, & petijt sibi dari locum principalis sui substituentis. Ego negaui, quia stilus Cappellæ nostræ neminem admittit substitutum in loco sui principalis. Ipse contra ostendit Bullas Eugenij, vbi ex. presse conceditur. Ego replicaui ipsas Bullas esse per editionem libri Ceremonialis reuocatas, & amplius in vsu nõ esse. Ipse adiuit Papam, qui mihi suasit vt ipsum admitterem non obstantibus quibuscumque, quia ipsum diligebat propter virtutes eius. Ego suasi, vt non rumpat ordinem Cappellæ suæ, sed si vult illum contentare, quod faciat ex nunc supernumerarium, ita vt sint duo Magistri, & quod vnus tantùm venire habeat, qui teneat locũ solitum, & sic Papa in Cappella fecit intra distributionẽ*

Pal-

Palmarum hodiernam; quod cum Auditoribus Rotæ ego dixerim, ipsi quidem primò voluerunt reprobare: tandem Papa declarauit mentem suam, quia sic volebat, & ipsi Auditores receperunt eum sine præiudicio iuriũ suorũ

XL.

P. F. Thomas Badia.

SAcri Palatii Magister post Prierii excessum à Clemente Papa VII. creatus est P. F. Thomas Badia Mutinensis eruditione, doctrina, vitæque integritate venerabilis, qui Bononiæ, Venetiis, & Ferrariæ Philosophus, & Theologus præstãtissimus publica cum laude docuit. Mortuo Francisco Siluestro Mag. Ord. dum Generalia comitia in Vrbe haberentur pro alterius Magistri electione, interueniente Pauli III. Pont. Max. commendatione, à copioso vocalium numero Generalis Mag. fuit salutatus: at maiori electorum parte in Augustinũ Recuperatum Generalem Vicarium & Procuratorem cõcurrente, assumptus fuit hic ad supremũ Religionis regimen, in suo Magisterio Sacri Palatii permanente Badia. Ab eodem Paulo Pont. in-

ter

ter præstantes, & cordatos Prælatos pro Cleri reformatione delectus; cũ aliis quoq. doctissimis Theologis ad Vuormatiẽse colloquiũ cum Lutheranis habẽdũ directus est, vbi hæreticos præ cœteris excellentius confudit. Institutum à S. Ignatio Loiola Paulo III. pro Societate Iesu oblatum, eodem Pont. mandante recognouit, & approbauit teste Card. Pallauicino in Hist. Concil. Trident. lib. 4. cap. 11. num. 9. Ad purpuram ab eodem Pont. Max. postmodum vocatus anno 1542. sub Tit. S. Siluestri in Campo Martio, in ea dignitate vixit annos quinque, in victu & vestitu Constitutionum Ordinis obseruantissimus. Vniuersæ carnis ingressus est viam Romæ an. Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, ætatis suæ 64. ex Vaticano Palatio delatus ad Mineruam, vbi ante fores Ecclesiæ prope Card. Caietanum conditus iacet cum sequẽti epigraphe lapidi sepulchrali inscripta.

Thom. Badia
Card. D. Sylvest.
Ord. Prædic.
Decessit è vita An. MDXLVII.
VIII. Idus Septemb.

In anteriori autem Eccleſiæ facie ante tumulum hæc alia proſtat inſcriptio.

D. O. M.

Thomæ Badiæ Mutinenſi

Eruditione, continentia, ac ſanctitate clariſſimo

Card. D. Syluestri

Qui & amplissimo Ordini Senatorio

Et cunctis mortalibus

Miræ cuiuſdam frugalitatis

Religionis, atque omnis vitæ

Incredibile exemplum reliquit

Aliis verò quibuſcumque honoribus

Non tam vti voluit

Quàm dignus videri,

Quos tamen ſolâ morte exiſtimatus eſt

Effugere potuiſſe.

Franciſcus Badia Fratri Opt. Poſ.

Vixit an. LXIIII. Menſes IX.

Dies XXVII.

A

Scripſit purpuratus Doctor.

Commentaria in 8. lib. Phyſic.

In lib. de Anima & Metaphiſ. Ariſt.

De Dei prouidentia.

Plod. inter Card. Lucar. vbi ſup. Olmed. in vita Buticellæ Mag. Ord. & Fernand.

R P.F.

P.F. Bartholomæus Spina.

ASumpto Thoma Badia ad Purpurã, Paulus III. Sacri Palatij Magistrum delegit P.F. Bartholomæu Spinã Pisanum Romanæ Prouinciæ, & Conuentus S. Catharinę de Pisis Alũnũ, qui nõ vulgari scientia præditus, vt eius opera testantur, regularis q. obseruantiæ sectator feruidus; pluribus Romanę Prouincię Cõuẽtibus prę fuit, Prouinciæ que Calabriæ Prioris Prouincialis munere expleto, Mag. Sac. Palatij renunciatus est: ab eodẽ Paulo III. delectus postmodũ inter eos, qui Congregationi de rebus Fidei à se institutæ interessent, de quo negotio in Tridentina Synodo tunc agebatur. Quinq. autem ab eodẽ Põt. Max. nominati fuerãt, omnes Theologi præstantissimi, & in Romana Curia magni nominis Viri, ex quibus vnus extitit Augustiniani Ordinis Apostolicus Sacrista, reliqui verò quatuor è nostro Prædicatorũ Ordine fuerunt Card. Pallauicino teste in Hist. Conc. Trid. lib. 8. c. 1. nu. 1. Quatuor tantùm annos hoc Magisterium gessit, nam senio confectus quieuit in pace anno Mil-

lesi.

les quingentes quadrages. sexto. Reliquit poste-
ris sequentia nobilis ingenij sui monumenta.

De Immortalitate animæ.
De primis operibus Angelorum.
De formatione animæ intellectiuæ.
De vniuersali corruptione generis humani
De Conceptione B. Virg.
De præsumptuoso appetitu ad Episcopatū.
De Simoniaca redemptione.
De vexatione Ecclesiæ.
De forma Baptismi.
De neutra intentione Baptismi.
De necessitate Baptismi parvulorum.
De forma cōsecrationis sanguinis Christi.
De Strigibus.
De necessitate confessionis ante Communionem.
De coniugio in gradibus diuino iure prohibitis.
De dispensatione coniugij cum vxore rec-
tacta fratris defuncti.
Declarationem potestatis Ecclesiæ super
gradus prohibitos.
De præstantia Alexandri super Salomonē
In potestate, & affluentia deliciarum.

Propugnaculum Aristotelis de immortalitate animæ.

Flagellum Astrologiæ.

Quæstiones de Ordine sacro, & de Deo.

Quæstiones quatuor de Personalitate

Variorum casuum resolutiones.

Ex monument. Conuentus nostri Pisani, Lucarini s vbi sup. & Plod inter script. & Lusit. in Biblioth.

Ex his huius celeberrimi Viri operibus, vnũ vel alterum tantùm his nostris temporibus videmus; reliqua verò immortalitate dignissima perierunt; & ideo Vnum quoad opera à clarissimis his Magistris, aliisque nostris autoribus edita, monitum volo lectorem; eorum scilicet operum plura temporis iniuria perijsse, nec amplius extare; at ex hoc non inferendum, ea opera ab illis autoribus nõ fuisse conscripta, cum ea opera ab illis autoribus conscripta fuisse certissimum sit ex autenticis monumentis, & historiis, sed ea periisse non mirum, cum breui gaudeant vita etiam libri, & si iterum non cudantur, omnino pereunt, vt experientia constat. Hæc dixerim aduersus aliquos nostri seculi gregarios autores, qui proteruè, ac ineptè negant opus aliquod ab aliquo autore conscriptum, quia

quia illud non extat; quasi libri temporis decursu non interirent.

XLII.

P.F.Petrus Martyr de Brixia.

SVb sequuto Spinæ obitu Paulus Papa III. in eius locum Magistrum Sacri Palatij P.F. Petrum de Brixia anno Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto nominauit. Fuit Petrus Martyr ex Prouincia Lombardiæ de Brixiensi Conuentu, Vir eruditissimus, in pluribus Cœnobijs Prior, in Bononiensi studio Regens; Thomæ Card. Badiæ amicissimus, eoque promouente ad Magisterium Sacri Palatii peruenit: qua Præfectura vnico anno functus, & relicto post se in Romana Curia doctissimi & pijssimi viri nomine, quieuit in pace. *Lucarin. vbi sup. & Plod. p. 2. lib. 4.*

XLIII.

P.F.Aegidius Foscherarius.

POst obitum Petri Martyris de Brixia, à Paulo III. Pont. Max. ad Sacri Palatij Ma-

gi-

giſterium P.F. Ægidius Foſcherarius Bononienſis ex Prouincia Lombardiæ aſſumptus eſt: qui in S.Dominici Patriæ ſuæ magnifico Conuentu ad Ordinis habitum receptus, & in pietate literiſque excultus, non modicum in eiſdem excelluit. Poſt peractum legendi in principaliorib⁹ ſuæ Prouinciæ ſtudijs laudabile munus, variaſque Conuentuum præfecturas, Card. Badiæ inſtantia, ad nobiliſſimum hoc Magiſterium euectus, eodem Pont. Max. mandante cum Lo: de Toledo Card. Burgen. ex Ord. noſtro aſſumpto exercitia S. Ignatii Loiolæ recognouit, ac ſuo ſuffragio cum laude approbauit: Fuit Ægidius in omni ſcientiarum genere verſatiſſimus Iulioque III. charus, à quo die 15. Martii anno Milleſ. quingenteſimo quinquageſimo Mutinẽſis Paſtor creatus ex Card. Moroni ceſſione, & ad Concilium Tridentinum directus, ſermones in eadem ſynodo recitandos iuſſu Patrum priùs recognoſcebat, corrigebatque; præcipuiſque in negotiis adhibitus Conſultor, Arca ſcientiarum à doctis omnibus vocari meruit, Miſſale Romanum, & Breuiarium corrigendum, caſtigandumque ex Concilii decreto ſuſcepit; in cõponendo Catechiſmo Romano cum Leonardo

Marino Archiep. Lancianensi, Franciscoque Forerio Lusitano ex Ord. nostro assũptis, egregiam nauauit operam. Morte Romæ subreptus fuit an. Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, in nostra S. Mariæ super Mineruam Ecclesia sepulturæ traditus ante Aram Max. hoc apposito elogio.

D. O. M.
Fratri Aegidio Foscherario Bononien.
Ord. Prad. Episcopo Mutinensi.
Religione, innocentia, liberalitate,
Præstantia, prudentia, ac scientia
Diuinarum rerum tanta,
Vt in publico Tridentino Concilio
Patres in eius iudicio conquiescerent,
Qui Catechismo, Missali, & Breuiario,
In quibus Maxime omnium elaborauit
Compositis,
Romæ obdormiuit in Domino
Anno Domini M.D.LXIV.
Die XXIII. Mensis Decemb.
Vixit Ann. LII. Men. X. dies XXVI.
F. Ferdinandus de S. Ambrosio
Memoriæ tanti viri obseruantiss. fecit.
XV. Octob. M.D.LXVII.

Vghell.

Vghell.tom.2.Plod.inter Epiſ. & Lucar.vbi ſup.

XLIV.

P.F.Hieronymus Muzzarellus

EVecto ad Mutinenſem Eccleſiam Foſcherario, Sacri Palatii Magiſtrum Iulius Papa III. eodem anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo P. F. Hieronymum Muzzarellũ Bononienſem nobili loco natum creauit, qui in ſua patria in Dominicanũ inſtitutum receptus, ſtudiiſque linguarum, & Theologiæ addictus, Hæbraicæ, græcæque linguæ peritiſſimus, celebriſque ſacrarum literarum Doctor euaſit. Pluribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus integerrimè præfuit, ac preſertim Bononiæ Prior & Inquiſitor. Ad Magiſterium Sacri Palatii aſſumptus, in eo munere doctiſſimi, & cordatiſſimi viri ſibi famam peperit, primiſque Tridentini Concilij ſeſſionibus Bononiæ habitis interfuit, in quibus à Patribus ſapiẽtiſſimus vir agnitus fuit. Tribus tantummodo annis in hoc Magiſterio peractis, ab eodem Pont. Max. in locum Ambroſij Catharini noſtri prædefuncti, die 11.

De-

Decemb. an. Milles. quingentesimo quinquagesimo tertio ad Archiepiscopalem sedem Compsanam promotus est, cuius iura inuicto pectore quoad vixit, tutari non destitit. Vnus ex quatuor Neapolitani Regni Inquisitoribus fuit, Apostolicamque Legationem ad Carolum V. Imperatorem pro Iulio III. Pont. Max. obiuit, in qua magnam sibi gloriam comparauit, eaq. peracta, dum ad suam Ecclesiam properaret, maiora consequuturus, Salerni extremum clausit diē in Ecclesia S. Mariæ de Porta sepultus, anno Milles. quingentesimo sexagesimo primo.

Bononiæ in S. Dominici Templo, vbi Religionis lac suxerat eius in hac verba memoria perennat.

D. O. M.
Hieronymo Muzzarello nobili Bononien.
Ex Ordine Predicat.
Viro doctissimo; Linguarum Hebraicæ,
Et Græcæ peritissimo.
Inquisitori, & Priori Bononiæ
Tridentinæ Synodi inchoatæ spect.
Qui Sac. Palatij Magister
Neapolit. Regni vnus ex IV. Inquisit.
Actandem à Iulio III. Pont. Max.

Compſa Archiep. creatus,
Ad Carolum V. Imperatorem Apoſtol. Legatus
Omnia hac munera omnibus abſoluit numeris.
Iam tanti proaui nequaquam immemor pronepos
Gaſpar Muzzarellus
Hoc monumentum poſuit
Anno Dom. MDC. XXVIII.

Vghell.tom.6.Plod.in Append.Lucarin.vbi ſup.

XLV.

P.F.Petrus Paulus Giannerinus.

SAxẽſis Conuẽtus Romanę Prouincię noſtri Ord. Præd. Alũnus fuit P.F.Petrus Paulus Giannerinus Aretinus, qui à Iulio III. in locum Muzzarelli ad Archiepiſcopatũ Compſanũ aſſumpti Sacri Palatij Magiſter creatus fuit anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio. Plurium Conuentuum in Romana Prouincia Moderator fuit, & cum in ſacra Theologia verſatiſſimus eſſet, in Generali ſtudio eiuſdem Prouinciæ Peruſiæ Auguſtæ Regens pluribus annis cum ſua non vulgari laude docuit. Prior Prouincialis poſtmodum à Patribus electus,

ctus, in eo regimine ad regularis obseruantiæ, studiorumque promotionem totus incumbens, maximum Ordini attulit decoris ornamentum. Tridentinæ Synodi sub Pio IV. Theologus astitit, præstantissimi ingenij vir à Patribus habitus. Annos vndecim in hoc Magisterio vixit, compleuitque in senectute bona dies suos, vniuersæ carnis viam ingressus an. Milles. quingentesimo sexagesimo quarto. Scripsit.

Super lib. Physic. & Metaph. Arist.
De Cœlo, & Mundo.
De Generat. & Corrupt.
Politicam & Eticam.
Et in lib. Sentent.

Ex Monument. Conuent. Saxen. Plod. p. 2. lib. 4. & Lucarino vbi sup.

XLVI.

P. F. Daniel de Crema.

E' Mortalium oculis sublato Giannerino, P. F. Daniel de Crema ex Lombardiæ Prouincia Sacri Palatij Magister declaratus fuit à Pio IV. Pont. Max. anno Millesimo quingentesimo

simo sexagesimo quarto, post peracta cum laude Prioris, atque Inquisitoris munia in præfata sua Prouincia. At breui tempore huic nobili Magisterio præfuit optimus Senex, sequenti anno è viuis ereptus. *Fernan. Lucarin. & Plod. vbi sup.*

XLVII.

P. F. Thomas Manriquez.

DEfuncto Daniele, in eius locum Sacri Palatij Magister à Pio IV. an. Milles. quingentesimo sexagesimo quinto delectus fuit P. F. Thomas Manriquez Hispanus. Hic nobili sanguine ortus, Conuentusque Petræ Fixæ alumnus, in scholastica Theologia egregiè versatus, pluribus in cathedris præstãtissimi Viri sibi nomine vindicato, doctrinæ radijs effulsit. Cum autem in hoc Magisterio præsideret, mandante Pio V. Pont. Max. Angelici Doctoris opera omnia à mendis expurgauit, vt sine labe in lucem Romæ prodirent. Idem Pius Pont. cũ Theologalem præbendam in Vaticana Basilica instituisset, decreuissetque, vt huiusmodi Theologus D. Thomæ doctrinam sequi teneretur, eam F. Thomæ Theologo præstantissimo Thomisticæque

cæque doctrinæ sectatori strenuo, successoribusque Sacri Palatii Magistris, pro tempore futuris, dato super hoc Apostolico decreto, supra relato, demandauit anno Millesimo quingentesimo septuagesimo, Pontificatus sui quinto. fruitulque est Manriquez hac nobili præbenda vsque ad mortem, quæ eidem anno Millesimo quingentesimo septuagesimo tertio cõtigit sub Gregorio XIII. qui ante noui Magistri Sacri Palatii electionem Pii V. decretum præfatum abrogauit, sanxitque huiusmodi Theologalem præbendam in perpetuum Romano Clerico tribuendã fore, dato super hoc Apostolico decreto. Hic est ille Thomas, qui Proregem Neapolitanum ab armis remouit, cum Paulum IV. Pont. Max. bello vexaret & Vrbi minaretur, itaut eius opera Pontifex ipse, Vrbs tota, Ecclesiasticaque Ditio ab imminenti inuasione fuerit vindicata. Scripsit, & annotauit errores in Alexandro Tartagino, inquinato annotationibus Caroli Molinæi, vt vnusquisque illis deletis tuta conscientia eo libro vti posset: obseruata autem sunt hæc in Lugdunensi editione an. 1570. Scripsit præterea docta Cõmentaria super D. Thomam

Lucarin Plod. & Fernand. vbi sup.

P.F.

XLVIII.

P.F. Paulus Constabilis.

SVccessorem habuit Manriquez P.F. Paulum Constabilem Ferrariensem de Prouincia Lombardiæ in Sacri Palatii Magisterio An. Millesimo quingentesimo septuagesimo tertio à Gregorio XIII. promotum. Fuit Paulus nataliũ claritate, atque doctrina illustris; in Ferrariensi Conuentu Angelorum ad Ordinem receptus, atque in studio Bononiensi sacris literis addictus, ibidem Magistri Studentium onus sustinuit, Theologiamque in Conuentibus Ariminensi, Mutinensi, Mantuano, & Ianuensi docuit. Mox Prior in suo Conuentu Ferrariensi, atq; Neapolitano S. Catharinæ de Formello, deinde in Patria fidei Quæsitor ita se præbuit fidei Catholicæ Zelatorem integerrimum, vt destituta sacra Mediolanensi Inquisitione suo Præfecto, ibidem Generalis Inquisitor à Gregorio XIII. & Magister Sacri Palatij ad preces Card. Alexandrini ab eodem Pont. Max. renũciatus fuerit. Cum autem eius vitæ integerrimæ fama, non tantùm in Vrbe, verùm etiam

apud suos Patres Dominicanos orbe toto resonaret. In Generalibus Comitijs, Romæ An. Millesimo quingentesimo octogesimo congregatis, in prædefuncti Seraphini Caballi Magistri Ord. locum summo electorum consensu ad clauum Religionis assumptus fuit. Ex Vrbe visitaturus Ordinem pedester discessit, quem per regularis obseruantiæ semitam, quoad vixit, nō minus exēplo, quàm verbo direxit. At bonorū omnium inuida mors ex mortalium oculis, heu citò nimis, illum nobis eripuit Venetijs secundo sui regiminis anno, qui fuit salutis humanæ 1582. die 17. Septemb. in S. Dominici Cœnobio, vbi conditus expectat beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. *Plod. Lucarin. & Fernand. vbi sup.*

XLIX.

P. F. Sixtus Fabri

ASsumpto ad Ordinis regimen Constabili Gregorius Papa XIII. Sacri Palatij Magistrum P. F. Sixtū Fabri An. Millesimo quingentesimo octogesimo nominauit. Erat Sixtus natione Lucensis, Conuentus S. Catharinæ de-

For-

Formello in Neapolitana Vrbe Alũnus, in quo Dominicanam togam an. 1556. induit, missulque Bononiam studiorum causa, in iis multùm profecit. A Seraphino Caballo Magistro Generali in Socium, & Prouincialem Terræ Sanctę ascitus Ordinis regimini dexterã porrexit in contaminatam. Generalis Procurator, Vicariusque institutus ita se amabilem cunctis exhibuit, vt è mortalium oculis rapto Comestabili, communi Patrum suffragio, Generalis Magister an. 1583. salutatus fuerit. Sex annos Ordinẽ summa integritate rexit, in quibus Hispaniæ, Lombardiæque Prouinciam, cum Romana, aliisque Regni Neapolitani inuisit. Cum autem ad Generale Capitulum ex Sixti V. decreto in Vrbe congregatum properassent Patres instante Capitulo, ab Ordinis Magisterio ab eodem Pont. Max. depositus fuit anno Millesimo quingentesimo octogesimo nono, ex eo capite quòd Ordinem deinceps visitare non posset, podagræ morbo sæpe sæpius in lecto detentus. Tãdem in pace quieuit Romæ in Conuentu S. Sabinæ die 16. Iunii an. 1594. ibidem cum sequenti epitaphio conditus.

F. Sixtus Fabri Lucensis Ord. Prad.
Prouincialis, in Romana Curia Procuratoris,
Vicarij, Sacri Palatij Magistri.
Magistri demum Generalis quinquagesimi
Muneribus egregiè perfunctus.
Obijt Romæ anno Sal. M.D.XCIV. Kal. Iulij.
Vixit annos LIII. Menses X. dies II.
Io. Paulus Terraroſſius Obseruantiæ; & lachrymarum
Monumentum D.C.

Gregorij XIII. iussu Decretalium textum, cœteraſque Extrauagantes recognouit, vt castigatiores in lucem prodirent. *Plod. Lucarin. & Fernand. vbi sup.*

L.

P. F. Thomas Zobius de Brixia.

POst Sixti electionem in Generalem Ordinis, Gregorius Papa XIII. Sac. Palatii Magistrum P. F. Thomam Zobium de Brixia Prouinciæ Lombardiæ anno Dom. Milleſquingenteſimo octogeſimo tertio delegit, qui in Bononienſi Conuentu enutritus peracto ſtudiorum, atque Lectoris curſu, Sacrę Inquiſitionis Tribu-

nali addictus operam plurimam in Catholicæ Fidei incrementum egregiè collocauit. Promoto ad Treuicanam Ecclesiam P.F. Antonio Balduccio Generali Commissario S. Inquisitionis in Vrbe die 6. Febr. an. 1576. ab eodem Gregorio Pont. Max. in eius locum creatus est, ex quo munere ad hoc nobile Magisteriũ postmodùm euectus, in eo sex annos cum sui laude vixit, obdormiuitque in pace an. Sal. Millesimo quingentesimo octogesimo nono, apud nostros in S. Sabina tumulatus. *Lucar. Fernand. Plod. vbi sup. Vghell. to. 8.*

LI.

P.F. Vincentius Bonardus.

ZObio in Magisterio Sacri Palatij suffectus est P.F. Vincentius Bonardus Romanus à Sixto Papa V. an. Millesimo quingentesimo octogesimo nono. Hic nostræ professionis habitu in Conuentu S. Mariæ super Mineruam assumpto, studijs addictus, Laureatus Doctor, celebrisque diuini verbi annunciator euasit. Pluribus in Romanæ Prouinciæ Cœnobijs, & inter cætera, in suo Mineruitano, Prioris munus cum laude ob-

obseruantiaque regularis incremento, gessit. Zobij in Magisterio Sac. Palatii socius, inde à Gregorio XIII. Sacrę Congregationis Indicis secrétarius institutus est die 3. Iunii an. Milles. quingentes. octogesimo tertio. Post duos annos Sacri Palatii Magisterii ad Hieracensem Episcopatū die 20. Martii an. Milles. quingentesimo nonagesimo primo à Gregorio XIV. fuit promotus. Decem annos in eadem Ecclesia resedit laudabiliter, viditque dierum suorum terminum 11. Martii An. Milles. sexcentesimo primo, in sua Cathedrali terræ datus. Scripsit Eruditissimus Vir de Virtute Agni. *Vghell. to. 8. Lucar. & Plod. vbi sup.*

LII.

P. F. Bartholomæus de Miranda.

POst Bonardi ad Hieracensem Ecclesiam promotionem Gregorius XIV. Sac. Palatij Magistrum P. F. Bartholomæum de Miranda Hispanum renunciauit, qui Conuentus S. Pauli Cordubensis alumnus, cum in principalioribus Theologiæ Cathedris docuisset sacras literas, Card. Alexandrino nostri Ordinis instan-

te, Apostolico Breui à Sixto V. in Vrbem vocatus, atque Collegii S. Thomæ super Mineruam Regens institutus, in Romana Curia suæ doctrinæ specimen egregium dedit docendo, concionesque eleganti, atque venusto hispanico sermone habendo. Procurator, & Generalis Ord. Vicarius, ac postmodùm Magister Sacri Palatii institutus, in his muneribus se summa cum laude gessit. Viglieuanẽsi sibi ab Hispaniarũ Rege oblato amplo Episcopatu cõstantissimè recusato Sex annos cum laude maxima hoc Magisterium administrauit; tandem graui hypochondriæ morbo vexatus, cum de medicorum consilio Neapolim petiisset, ibidem vitam cum morte commutauit in Conuentu S. Spiritus relicto post se singularis pietatis exemplo, die 7. Iunii Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, ætatis suæ LIII. Funere eius solemni pompa celebrato omnium Ordinum Religiosis viris, Principibus, ac Prorege ipso comitantibus facibus accensis ad quatuor hominum milia. Iacet in Ecclesia nostra S. Spiritus de Palatio cum sequenti elogio.

D. O. M.

Reuerendiſs. P.F. Bartholomæo Miranda
Cordubenſi Ord. Prædic.
Sacri Palatij Magiſtro.
Summ. Pont. Vrbani VII. Gregorij XIV.
Et Clementis VIII. donis decorato
Procuratoris, & Vicarij Generalis eiuſdem Ord.
Officio priùs functo.
Concionatori celeberrimo,
Studiorum Romæ, & Hiſpaniæ Præfecto inſigni,
Virtutum omnium decore laudabili
LIII. ætatis ſuæ anno
Neapoli in Conuentu S. Spiritus
Ad meliorem vitam tranſitu claro.
F. Io: Saragozza S. Theol. Mag. eius dilectiſſimus
Cum lacrymis & mœrore extremam manum poſuit.
Ann. Dom. MD. LXXXXVII.
7. Die Iunij.

Fernand. inter ſcriptores Hiſp. Lucarin. & Plod. vbi ſup.

P.F.

LIII.

P. F. Io: Baptista Lancius.

SVbsequuto Mirandæ excessu, Clemens Papa VIII. in Sacri Palatii Magistrum P.F.Io: Bapt.Lancium Regiensem ex Lombardiæ Prouincia Anno Millesquingentesimo nonagesimo septimo delegit, qui in scholasticis disciplinis, atque Fidei Catholicæ negotiis pertractandis versatissimus, propterea aque in multis suæ Prouinciæ locis, ac præsertim Ianuæ Inquisitoris munus laudabiliter obiuit, à Sixto Fabri, dum Magister Sacri Palatij esset, in socium assumptus, indeque Sacræ Congregationis Indicis Secretarius die 17. Nouemb. An. Millesquingentesimo octogesimo à Gregorio XIII. electus, procurante postmodum Hieronymo Card. Bernerio, apud quem aliquando sub Theologi titulo vitam degerat, ad Magisterium Sacri Palatij euectus fuit, quod sequenti anno reliquit à Deo vocatus & apud S. Sabinam sepulturæ traditus.

Lucarin. Plod. & Fernand. vbi sup.

LIV.

P.F.Io:Maria Guanzellus.

EMortalium luce erepto Lancio Clemens Papa VIII. Sacri Palatii Magiſtrum P. F. Ioannem Mariam Guanzellum de Briſighella ex Lombardiæ Prouincia nominauit. Extitit Io:Petro Card. Aldobrandino eiuſdem Clemẽtis Nepoti cariſſimus, quem in Ferrarienſi expeditione ſequutus in arduis Sedis Apoſt. negotijs non ſemel ſuo conſilio iuuit. Oratoris celeberrimi in Romana Curia ſibi nomine obtento, gratioſuſque Prædicator agnitus à Paulo V. die 25. Iunij an. Milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo ad Polymmianenſem Eccleſiam aſſumptus eſt, in qua decem,& ſeptem annis, Paſtoris optimi exemplo relicto, vixit: Viditque vitæ ſuæ terminum An.Milleſſexcenteſimo decimo nono, in ſua Cathedrali humatus, tumulo à ſe pro cunctis futuris Epiſcopis cum ſequenti memoria conſtructo.

D. O. M.

F. Io: Maria Brisighellen. ex Ord. Prædic.
Miserrimus peccator sibi, & Successoribus
Viuens posuit ann. MDC.XII.
A natiuitatis suæ anno LV.
Conquisitis etiam quorundam prædecessorum
Suorum ossibus, non minùs religiosè
Quàm honorificè hìc collocari
Præcepit an. Dom. MDCXIX.

Scripsit de modo corrigendi, & purgandi libros interdictos. *Vghell. tom. 7. Plod. Lucarin. & Fernand. vbi sup.*

LV.

P. F. Augustinus Galaminius.

ASsumpto ad Polymnianen. Sedẽ Guãzello, Paulus V. Pont. Max. in eius locum Sacri Palatij Magistrum P. F. Augustinum Galaminium de Brisighella ex Prouincia Lombardię Fauentini Cœnobij alumnum, Virum cordatum, scientia non vulgari prædituṁ, vitæque sanctitate ditatum delegit, qui peractis sacris studijs, Bononiæ Philosophiam, Fauentiæ, &

Man-

Mantuæ Theologiam docuit. S. Inquisitionis Tribunali postmodùm addictus, Brixiæ, Placentiæ, Genuæ, & Mediolani hæreticæ prauitatis Inquisitor euasit. Vacante verò Commissariatu Generalis Inquisitionis in Vrbe per assumptionem P. F. Deodati Gentilis ad Casertanam Ecclesiam, in eius locum Generalis Commissarius, ex Inquisitione Mediolan. translatus, à Clemente VIII. an. 1604. creatus fuit. Tribus annis in eo munere præfuit, à Paulo V. postmodùm An. Milles. sexcentesimo septimo ad Magisterium Sacri Palatii promotus. Assumpto ad Purpuram Hieronymo Xauierro Ord. Magistro anno 1607. Sequenti anno communi Patrum voto Generalis Magister electus Ordinis Prouincias, prætermisso omni superfluo comitatu, exhibito cunctis suæ inculpatæ vitæ efficaci testimonio visitauit. Peractis Generalibus Comitiis Parisiis an. 1611. dum Galliæ Regni Cœnobia visitaturus paratus esset, suæ assumptionis ad sacram purpuram nuncium recepit. In Vrbe reuerso, & Cardinalitio Pileo insignitus, ex Pont. Max. decreto, Ordinis regimen vsque ad alterius Magistri Generalis electionem retinuit. Episcopus Lauretanus ab eodem Paulo

inſtitutus, illuc ſe contulit ſuarum ouium ſaluti conſulturus. Ad Auximatem Eccleſiam ab eodem Pont.Max. poſtmodùm translatus die 29. Aprilis ann. 1620. gregem ſibi commiſſum nunquam, niſi grauiſſimis vrgentibus cauſis, vel tantiſper deſeruit, nulla re magis, quàm Paſtorum præſentia ſubditorum ſalutem vrgeri animaduertens. Ordinis ritus, mores, cibos, ac indumenta, quoad vixit, fideliter ſeruauit, quamuis nonagenarius, qua in ætate Clariſſimus vir. Religionis Iubar, Paſtorum ſpeculum, ſacrique ſenatus Decor, anno Milleſ. ſexcenteſimo trigeſimo nono, menſe Iulio in pace quieuit, pauperibus ex aſſe hæredibus relictis, & inter cœteros Conuentui S. Mariæ ſuper Mineruam viginti loca montium liberè legauit. Iacet in ſua Cathedrali communibus lachrymis parentatus.
Plod.p.2.lib.4.Lucarin.& Fernand.vbi ſup.

LVI.

P.F.Ludouicus Yſtella.

ASſumpto Galaminio ad Ordinis regimen, P.F. Ludouicus Yſtella Hiſpanus, Valen-

lentini Cœnobij alumnus ex Vicario Generalis, in illius locum Sacri Palatij Magiſter anno Milleſ. ſexcenteſimo octauo à Paulo V. Pont. Max. ſubrogatus eſt. Fuit Ludouicus de Prouincia Aragoniæ, Vir doctiſſimus, prudentia, ac grauitate maxima præditus, pluribuſque Cathedris, ac Conuentibus cum laude præfuit non vulgari. In Romana Curia, & apud eundē Pontificem maximo in pretio extitit; cumque eius merita ad maiora tenderent, ſibi vltimum imminere diem cognouit 5. Septemb. ann. Milleſ. ſexcenteſimo quartodecimo, ſepulturæ traditus ante gradus presbyterij Aræ Max. prout in libro mortuali Eccleſiæ noſtræ S. M. ſuper Mineruam habetur; nulla proloquente memoria. *Plod. Lucarin & Fernand. locis ſuprad.*

LVII.

P. F. Hyacinthus Petronius.

LVdouici obitu ſequuto Paulus V. Pontifex Max. P. F. Hyacinthus Petronium ad Sacri Palatij Magiſterium vocauit eodem anno Milleſ. ſexcenteſimo quartodecimo. Fuit

Petronius Conuentus S. Mariæ ſuper Mineruã Alumnus Romæ nobili loco natus, emiſſaque profeſſione, ſtudiorum cauſa in Hiſpaniam properauit, vbi vir doctus effectus, in Vrbem remeauit, atque in ſuo Conuentu Philoſophiam docuit, conſummatoque curſu, ſtudentium Magiſter; Baccalaureus poſtmodùm; ac tandem Regens ſtudiorum euaſit, perſpicaci ac ſubtili ingenio præditus. Octo annis in Magiſterio Sacri Palatii emicuit, euectus poſtmodum à Gregorio XV. ad Melphitenſem Eccleſiam die 5. Septemb. an Milleſ. ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo. Ab Vrbano VIII. ſupremi Inquiſitoris in Neapolitano Regno nobile præfectura decoratus in eo munere pluribus annis præfuit. Conuentum Ordinis in ſua Ciuitate fundauit, cui copioſos redditus perpetuos attribuit. Viginti quinque annis in ſua Eccleſia præfuit, vitamque cum morte commutauit anno Milleſ. ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, menſe Septemb. apud noſtros ibidem ſepulturæ traditus. Scripſit, ediditque in lucem.

Commentaria in Logicam.
Et Phyſicam Ariſtotelis.
Librum ſummularum.

De

De neceſſitate præconuerſionis aquæ
In vinum in cõfectione Sanguinis Chriſti.

Vghell.tom.1.& in Append.tom.5.Lucarin.vbi ſup.

LVIII.

P.F.Nicolaus Rodulphius.

POſt Hyacinthi promotionem ad Melphitenſem ſedem Gregorius XV. Sacri Palatij Magiſtrũ P. F. Nicolaum Rodulphium delegit. Hic Florentiæ nobili ſanguine ortus, Leonis Papæ XI. Pronepos Dominicanam togam in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam induit reluctantibus parentibus, atque apud Clementem VIII. reclamantibus, probatoque eius ſpiritu, inuentus eſt ex Deo eſſe. Sacris ſtudijs addictus, multùm in eis profecit, conſummatoque curſu, Philoſophiam, ac Theologiam in Cõuentu S. Mariæ ſuper Mineruam docuit: ad Romanę Prouincię regimen poſtmodũ aſſumptus, mox Magiſter Sac. Palatii renunciatus, doctiſſimas, eruditiſſimaſque Conciones in Apoſtolico Palatio habuit. Mortuo prope Auenionem Mągiſtro Generali Seraphino Sicco, ab Vr-

ba-

bano VIII. Vicarius Apostolicus Ordinis creatus fuit die 19. Octob. an. 1628. sequentique anno cõmuni electorum suffragio Magister Generalis renunciatus est. Ordinem visitauit, atque in Lombardiam, Galliam, Siciliam Neapolitanumque Regnum perrexit. Romæ tandem obijt 8. Kalendas Iunij 1650. ætatis suæ anno LXXII. eius laudes ex hoc elogio ad eius tumulum appositio legi possunt.

D. O. M.
F. Nicolao Rodulphio Florentino
Octauij S.R.E. Presb. Card.
Et Ludouici Episcopi Pactensis
Germano fratri
Sac Pal. Apost. Magistro
Ord. Prædicat. Vicario,
Eiusdemque omnium P.P: consensu
Magistro Generali.
Qui sub Vrbano VIII. Pont. Max.
Honoribus amplissimis, ac variis
Grauibusque negotijs pro Ord. gestis
XIV. annis integerrimè præfuit.
Principibus charus, Bonis gratus.
Liuida æmulorum deinde
Offensus dicacitate,
Excelso ac forti animo
Violenta eorum tela

San-

Sancta fefellit patientia.
Sacros fascestunc vltro
Sibi oblatos detraxit.
Cuius probitas, atque innocentia
Eò magis intelligi & suspici potest
Quo magis aquo iudicio
Quinque S.R.E. Card. denudata
Ab Innocentio X. P.M. comprobata est.
Cum post quinquennium
Extincto Thoma Turco successore
Inaudito sanè exemplo
Prases Generalis institutus fuisset.
Demum instantibus Comitijs
Vnico cum omnium ore
Ad summum reuocaretur fastigium
Gloria cumulatus
Ordini, Patriæ, Bonisque omnibus ablatus
Ann. Sal. M.D.C.L.
VIII. Kal. Iunij Aetatis suæ LXXII.
FF. Conuentus S.M.S. Miner.
Parenti Opt. MM. posuerunt.

De communi Patrum Conuentus S. Mariæ super Mineruã consensu præfatus sepulchralis lapis fuit Rodulphio constitutus, tanquam eiusdem Conuentus benefactori maximo. Cœnobium quoque S. Sixti via Ardeatina cõstitutum nobilibus ædificiis, viri dariis, perpetuisque red-

di-

ditibus ditauit, copioso suarum contributionum ære effuso. Scripsit in Nouitiorum Ordinis cõmodum pius Pater Italico sermone meditationum librum, cui titulus est. *Breue modo di fare Orazione mentale*. Impressum Romæ apud Manelsum an. 1642.

LIX.

P.F. Nicolaus Riccardius.

SVccessorem in Sacri Palatii Magisterio Rodulphius P.F. Nicolaum Riccardũ Ianuẽsem habuit de Prouincia tamen Hispaniæ, & Vallisoletani Conuentus, vt vocant filium. Fuit Riccardus corpore ad deformitatem Pinguis; sed ingenio pulcherrimus: scientiarum omnium Gaza, in SS. Patrum doctrina supra modum versatus, in sacra prædicatione eloquentissimus, in scholasticis scientiis versatissimus; nostrique seculi Literatorum Princeps, scientiæ Monstrum in Vrbe & Orbe cognitus, communique nomine MONSTRVM, nuncupatus. In hoc nostro Conuentu Mineruæ studiorum Regens pluribus annis, ex quo munere Sa-

Sacri Palatii Magiſter ab Vrbano VIII. qui Nicolaum ſummopere diligebat, creatus fuit in Vigilia Pentecoſtes, quę die 2. Iunii contigit An. Milleſ. ſexcenteſimo vigeſimo nono; cum enim electo Magiſtro Ord. Rodulphio ſolemni proceſſione de more inſtructa, ad Vrbani Pontif. Max. beatorum pedum oſcula, poſt terminatas Veſperas in Pontificio Sacello noſtri omnes in Vrbe exiſtētes acceſſiſſent, eundē Riccardiū ſacros pedes oſculantem, Vrbanus Sacri Palatii Magiſtrū ore proprio Cardinalibus Eminentiſſimus, ac tota Curia, applaudentibus, pronunciauit. Apoſtolicus Prædicator poſtmodum adlectus corā Pont. Max. Purpuratiſque Patribus doctiſſimas, ac verè Apoſtolicas Conciones habuit; in hoc ſuorum laborum, & honorum curſu, apoplexiæ morbo correptus interiit die 30. menſis Maii anno Milleſ. ſexcenteſimo trigeſimo nono ætatis ſuæ 54. communi Romanæ Curiæ mœrore in noſtra Eccleſia S. Marię ſuper Mineruam tumulatus, nullo proloquente elogio. Scripſit doctiſſimus vir, & eruſulgauit.

Doctiſſimos libros Super Litanias B. Virg.

Et Synopſim Conc. Tridentini, qua ad Vniuerſalem eiuſdem Concilii Hiſtoriā proluſerat,

ditibus ditauit, copioso suarum contributionum ære effuso. Scripsit in Nouitiorum Ordinis cõmodum pius Pater Italico sermone meditationum librum, cui titulus est. *Breue modo di fare Orazione mentale*. Impressum Romæ apud Manelsum an. 1642.

LIX.

P. F. Nicolaus Riccardius.

SVccessorem in Sacri Palatii Magisterio Rodulphius P. F. Nicolaum Riccardũ Ianuẽsem habuit de Prouincia tamen Hispaniæ, & Vallisoletani Conuentus, vt vocant filium. Fuit Riccardus corpore ad deformitatem Pinguis; sed ingenio pulcherrimus: scientiarum omnium Gaza, in SS. Patrum doctrina supra modum versatus, in sacra prædicatione eloquentissimus, in scholasticis scientiis versatissimus; nostrique seculi Literatorum Princeps, scientiæ Monstrum in Vrbe & Orbe cognitus, communique nomine MONSTRVM, nuncupatus. In hoc nostro Conuentu Mineruæ studiorum Regens pluribus annis, ex quo munere

Sa-

Sacri Palatii Magiſter ab Vrbano VIII. qui Nicolaum ſummopere diligebat, creatus fuit in Vigilia Pentecoſtes, quę die 2. Iunii contigit An. Milleſ. ſexcenteſimo vigeſimo nono; cum enim electo Magiſtro Ord. Rodulphio ſolemni proceſſione de more inſtructa, ad Vrbani Pontif. Max. beatorum pedum oſcula, poſt terminatas Veſperas in Pontificio Sacello noſtri omnes in Vrbe exiſtẽtes acceſſiſſent, eundẽ Riccardiũ ſacros pedes oſculantem, Vrbanus Sacri Palatii Magiſtrũ oré proprio Cardinalibus Eminentiſſimus, ac tota Curia, applaudentibus, pronunciauit. Apoſtolicus Prædicator poſtmodum adlectus corã Pont. Max. Purpuratiſque Patribus doctiſſimas, ac verè Apoſtolicas Conciones habuit; in hoc ſuorum laborum, & honorum curſu, apoplexiæ morbo correptus interiit die 30. menſis Maii anno Milleſ. ſexcenteſimo trigeſimo nono ætatis ſuæ 54. communi Romanæ Curiæ mœrore in noſtra Eccleſia S. Marię ſuper Mineruam tumulatus; nullo proloquente elogio. Scripſit doctiſſimus vir, & euulgauit:

Doctiſſimos libros Super Litanias B. Virg.

Et Synopſim Conc. Tridentini, qua ad Vniuerſalem eiuſdem Concilii Hiſtoriã proluſerat,

quam si diutius vixisset, procul dubio editurus erat. Alia plura scripsit, quæ morte preuentus edere non valuit.

In Riccardij laudẽ funebrẽ orationẽ habuit P. Melchior Incoffer Societatis Iesu nobile germen, Vir eruditissimus, & Sac. Congregationis Indicis Consultor, quam maximo cũ Auditorum plausu sequenti periodo terminauit. *Hoc vnum dixisse sufficiat: Quo die Nicolaum Riccardiũ funerauimus, solem, oculum Mundi deliquio lucis suæ luxisse atratum.* Cõtigit enim illa die solis Eclypsis.

LX.

P. F. Vincentius Maculanus.

Riccardio in Sacri Palatii Magisterio successit P. F. Vincentius Maculanus de Florentiola Insubriæ nobili Oppido ex Prouincia Lombardiæ. Hic Dominicano habitu in Papiensi Conuentu assumpto, sacrisque studiis addictus, peracto Philosophico, & Theologico cursu in principalioribus suæ Prouinciæ Conuentibus, Philosophiam, ac Theologiam docuit. Ad S. Crucis de Bosco, aliaque Cœnobia regenda as-

ſumptus, ſubditos & verbo; & exemplo ad regularis obſeruantiæ ſequelam induxit. Papienſis primò, Ianuenſis deinde hæreticæ prauitatis Inquiſitor effectus, quæ ſui muneris erant, fidelitate maxima, ſummaq. animi conſtantia adimpleuit. Romam ab Vrbano VIII. vocatus, Procurator Ordinis ab eodem inſtitutus, à Nicolao Rodulphio Generalis Vicarius poſtmodùm renunciatus, poſt Monſtri exceſſum, Sacri Palatij Magiſter euaſit; in quibus nobilibus Præfecturis, cum cordatiſſimi, & piiſſimi viri ſibi nomen obtinuiſſet, ab eodem Pōtifice Max. S.R.E. Cardinalis ſub S. Clementis titulo & Archiepiſcopus Beneuentanus An. Milleſ. ſexcenteſ. quadrageſimo primo creatus fuit; in qua dignitate conſtitutus, erga Ordinem maximo affectus amore, eiuſdem Conſtitutiones in victu, & veſtitu, lanea tunicella ad carnem ſemper vſus, adamuſſim obſeruat; eidemque haud vulgaria beneficia in dies conferre non deſiſtit. Ad cōmiſſam ſibi Eccleſiam celeri pede, Paſtoris Optimi munia completurus properauit, in qua, lætitiæ ſingularis exhibitis ſignis, ab ouibus ſuis fuit receptus. Ibi primæuæ Eccleſiæ Epiſcoporum virtutes æmulatus, ſe bonorum operum

exemplum cunctis exhibuit. Ab eodem Pont. Max. in Vrbem reuocatus, grauioribusque Curię negocijs addictus Beneuentanum Episcopatum dimisit an. 1643. In nobili Architecturæ scientia peregregiè excultus ab Vrbano VIII. in Insulam Melitensem directus fuit, vt illius Arces, ad eludendos Turcarum impetus, in meliorem, tutioremque formam reduceret; idemque in Romana Adriani Mole, atque in Vrbana, Arce Bononien. Ditionis, necnon in Vrbis nouis mœnibus sœliciter præstauit. Viuit adhuc optimus Cardinalis, hoc anno 1663. quo hæc scribimus, In ætate LXXXIV. annorum constitutus.

LXI.

P. F. Gregorius Donatus.

ASsumpto ad Purpurā Maculano: Die 27. Decemb. cadentis anni Millesimi sexcentesimi quadragesimi primi, Sacri Palatij Magister ab Vrbano VIII. Pont. Max. creatus fuit P. F. Gregorius Donatus Romanus. Hic Ordinis habitum in Conuentu S. Mar. super Mineruam as-

assumpsit. Fuit Donatus Vir doctus, in Cõuentu Mineruitano Baccalaureus, vt vocant, & studentium Magister, Romanæ Prouincię Vicarius, Prouinciæ Regni Neapolit. Prior Prouincialis effectus, Prouinciam illam summa cum integritate rexit. Ad Comitia Generalia an. 1629. Romæ celebrata accessit, vnulque ex electoribus Rodulphii fuit. Electione verò subsequuta, Prouincialis munere se exoluit, ab Vrbano octauo Episcoporũ, atq. pro Beneficiorum concursu, examinator delectus. Erat Donatus, aspectu decorus, conuersatione amabilis, eloquio gratus, sermonesque suos lepore maximo condiebat. Quinque tantummodò mensibus, & his etiam non completis, Sacri Palatii Magister vixit, quieuitque in pace die 16 Maii ætatis suę anno LXIII. salutis verò Milles. sexcentesimo quadragesimo secundo, in nostra Ecclesia Terrę traditus, sequenti elogio eius sepulchro à Patritio Minoren. Episcop. germano fratre cõstituto.

Gregorio Donato Rom.
Sac. Apost. Palatij Magistro Ord. Prad.
Huc vectigales Mortalium oculi
Gregorium è Coelo donatum
Coelo redditum, lugete.

Acer-

Acerbus ævo; maturus ingenio
Collactaneam habuit sapientiam;
Naturam ingenio, ingenium virtute
Vicit.
Nondum adultus, iam Magister,
Plùs docuit, quàm didicit:
Præceptis, exemplo;
Vtrique par fortunæ.
Vtramque prouocauit, vicit.
Dignitatum gradus omnes meritus ascendit.
Nullius Candidatus.
Rexit alios vt se ipsum;
Seipsum vt alios.
Oculata mente, coeca manu.
Talem virum Magistrum Orbis nominauit
Vrbanus VIII. Pont. Max.
Hinc merita metire.
Vixit ann. LXIII.
Obijt ann. M.D.C.XXXXII.
Mense Maio die XVI. hora XXII.
Patritius Donatus Episcopus Minoren.
Frater Fratri Monument. hoc P.

Author fuit Donatus, vt in lucem prodiret D. Thomæ Summa in XII. paruos tomos distincta, Romæque impressa, & ab eodem correcta, quæ communi nomine Donati summa nuncupatur. Composuit plures in laudem D. Thomę sermones, in solemni eiusdem Sancti Doctoris

fe-

festo coram Eminentissimorũ Cardinalium Collegio in nostra Ecclesia S. Mariæ super Mineruã à pluribus ex nostris de more habitos.

LXII.

P.F. Reginaldus Lucarinus.

POst Donati excessum ad Sacri Palatii Magisterium P. F. Reginaldus Lucarinus de Trebio ab Vrbano Papa VIII. promotus fuit anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo secũdo. Hic Dominicano habitu in Conuentu S. M. super Mineruam assumpto, sacris studijs addictus, in eisdem egregiè profecit. Philosophiã, & Theologiam in eodem Conuentu docuit; Mox Prior communi Patrum voto in eodem Conuentu electus nondum transacto anno, officiũ dimisit, propriæ quieti, & studijs sacrorum librorum intentus. Ad Magisterium Sacri Palatij postmodum euectus. eandem religiosam viuendi normam, quam in Ordinis ingressu sibi præfixerat; retinuit. Ab Vrbano VIII. postmodum Ciuitatis Plebis Episcopus, anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, mense

Fe-

Februario creatus, in ea dignitate primæuæ Ecclesiæ Sanctos Pastores æmulatus, cunctis Episcopalis mensæ in pauperes, & suæ Ecclesiæ ornamentũ erogatis redditibus, præter sibi necessaria, ex copioso etiã sibi relicto patrimonio sub ministrat. Cathedralem suam instaurauit, sacra suppellectili, argenteis vasis, sacris calicibus, alijsque ad sacrificium incruentum peragendũ opportunis instrumẽtis ditauit. Gregem sibi cõmissum cum Clero iuxta Sacrorum Canonum documenta per salutis semitam dirigere nõ cessat, factus ipse cunctis virtutum omnium exemplar, infirmos visitando, pupillos, orphanos viduasque iuuando, atque pauperum miserias larga manu sublenando. Conuentui nostros Dominici de Trebio, ex patrimonialibus bonis ad duodecim millia scutorum legari voluit, aliaq. in dies beneficia Ordini conferre non desistit. Hoc anno 1662. quo hæc scribimus in sua Ecclesia viuit, verè Israëlita, in quo dolus non est. Scripsit doctus, & cordatus Pastor:

Tomos tres notationũ in regulas, & libros, ac authores Indicis librorũ Prohibitorũ, qui extãt manuscrip. in Bibliotheca Vátic.

Exposuit vetus & nouum testamentum

D. Tho-

D. Thomæ ſententijs de verbo ad verbum collectis, quam expoſitionem *Maſſam Auri* nominauit, huc vſque prælo non dum datam

Impreſſit librum de Epiſcopo Regulari.

Laudationem D. Thomæ.

Manuale Thomiſticarum Cõtrouerſiarũ.

Chronologiam ſecundum rationem temporum.

Scribitque modò Bibliothecam, in qua Ordinis Scriptores omnes recenſet.

LXIII.

P. F. Michael Mazzarinus.

IN Lucarini locum ſucceſſit P. F. Michael Mazzarinus Romanus ab Vrbano VIII. Sacri Palatii Magiſter anno Milleſ. ſexcenteſimo quadrageſimo tertio inſtitutus. Hic habitu in noſtro S. Mariæ ſuper Mineruam Cœnobio ſumpto Bononiæ theologicum curſum ſub P. F. Thoma Turco tunc illius ſtudij Regente compleuit. In Vrbem reuerſus, Philoſophiam in ſuo Conuentu publicè profeſſus eſt, inde Ve-

netias Commissarius prò arduis Ordinis negociis à Magistro Generali Rodulphio directus, rebus ad optatum finem perductis, Apuliæ primò, Romanæ Prouinciæ postmodum Prior Prouincialis salutatus fuit an. 1638. Eo in munere quatuor annis, & iterũ Apost. auctoritate cõfirmatus, præfuit laudabiliter: (me huius operis scriptore, in eodem munere aliquando eius socio): Euecto ad Sedem Ciuitatis Plebis Lucarino, Vrbanus VIII. illum in eius locum Sacri Palatij Magistrum substituit quo inmunere duobus completis annis præfuit, euasitque Aquensis Archiep. ab Innocentio X. an. Millesexcentesimo quadragesimo quinto promotus: Mense Iulio eiusdem anni in nostra Ecclesia S.M. super Mineruam à Card. Grimaldo cõsecratus. Mox in Galliam profectus, Octob. 30. die solemniter suam Ecclesiam ingressus, cõmuni omnium acclamatione receptus fuit. In Vrbem biennio peracto reuersus, ab eodem Innocentio in Galliarum Regis gratiam, die 8. Octob Ann. Millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo S. R. E. Presb. Card. Tit. S. Cęciliæ creatus est: Cardinalisque S Cæciliæ sibi nomen assumpsit. Ab eodem Rege Christianissimo

mo postmodum Cataluniæ Prorex institutus, Barchinonam ex Vrbe mense Ianuarii sequẽtis anni 1647. discedens, petiit, ibique vsque ad Iulii mensem præfuit, Romam die 9. Augusti reuersus est. Cumque S. Augustini die ad Pontificis Maximi audientiam solemni pompa Regias literas exhibuturus pergere deberet, die 26. Augusti, cum in Vrbe vigerent calores maximi, ex aëris immutatione in grauem morbum incidit, ex quo se mortalem agnouit. Abdicatis igitur statim mundanis curis, solique Deo addictus post generalem totius ante actæ vitæ confessionem peractam; aduocato Thoma Turco Generali Magistro, atque ab eo sicut & ab vniuersis Ordinis Fratribus, vt apud nos moris est, venia postulata, Benedictioneque obtenta; Anulo valoris scutorum trium millium suo Conuentui S. Mariæ super Mineruam, nobiliorique suppellectili Aquensi Ecclesiæ legatis, spiritus feruore maximo inter manus nostras placidissimè quieuit in Domino die vltima Augusti hora tertia post solis occasum anno Milles. sexcentesimo quadragesimo octauo, electa ad pedes Fratrum suorum sepultura in hac nostra Ecclesia, in qua Ordinis habitum sumpserat.


image
not
available

cuius manibus operis huius scriptor Ordinis habitum, nomenque 15. Octob. an. 1628. suscepit, reuolutoque anno eadem die Sanctæ Teresiæ Virginis dicata sacram professionem emisit, Prouinciarum Apuliæ primò, Siciliæ postmodum, ac Romanæ tandem Prior Prouincialis effectus, in regulari obseruantia promouenda totus eluxit. Apostolicus Ordinis Vicarius semel, atque iterum, & in Basilica Liberiana, quæ S. Mariæ Maioris communi nomine nuncupatur, per viginti & supra annos Papæ Pœnitentiarius extitit. Disquisitiones Morales in quatuor libros sectas, Romæ, & alibi pluries impressas, euulgauit. Scripsitque de Primatu D. Petri Opus, quod Innocentio X. exhibuit. In Romana Curia, Ordine, & Orbe, etiam apud Summos Pontifices in magna existimatione habitus semper fuit. Domum assiduis studijs, orationibus, ac vigilijs fractus; quartanaque febri paulatim consumptus, mortem lætus aspexit, die 7. Nouemb. an. 1654. relicto cunctis de se sanctitatis odore, ad cuius funus maximus populi, & Principum concursus, eius vestium particulas prò magno munere efflagitantiũ, accessit: cuius corpus in nostra Ecclesia S. Mariæ su-

per

per Mineruam, in Sacello S. Raymundi ad Altaris dexteram in plumbea capsa supra terram conditum fuit. Tanti Viri iacturam Generalis Magister in hunc modum Ordini anunciauit.

Vniuersis Fratribus Ordinis Predicatorum Fr. Ioannes Baptista de Marinis Sacræ Theologiæ Professor, & eiusdem Ordinis Humilis Magister Generalis, & Seruus salutem & pacem in Domino.

COmmunia mala communibus prosequenda lachrymis. Et quamuis dolor, quem hisce diebus concepimus, eius sit acerbitatis, & molis, vt etiam in vos, totumque Ordinem distributus, suum apud nos pondus retineat; ad illius, Ordinisque tamen solatium non parum faciet publicus Ordinis luctus, publicaque vestrùm, & priuata pietas.

Septima igitur huius Mẽsis dies (quæ & Sabbatum fuit) quinta circiter noctis hora ad Requiem, & perpetuæ lucis diem emisit suauissimum, pijssimum nostrum Senem, Venerabilem P. Fr. Vincentium Candidum Sacri Apostolici Palatij Magistrum, re, & opere tam Vincen-

centium, Candidum, & Magiſtrum, quàm nomine, & Officio. Sat, ſuperque ad illius pretium, ad veſtrum dolorem nimis, & ſi ad noſtram in eum Charitatem parum diximus, dum nominauimus; cuius nota, chara, laudataque omnibus nedum vobis pietas, innocentia, humilitas, eruditio, prudentia, zelus, ſanctitas, vel à Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa Decimo meruit amari; & palàm ſæpius commendari; qui octogenario maior, iam à puero maximæ expectationis, & laudis, ſexaginta & vnum annos in Ordine perſanctè nō tam vixit, quàm luxit, & arſit; Qui interim ad varia Ordinis per varios virtutum gradus aſſumptus officia, ter Prior Conuentus Romani Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam.; quater varijs in Prouincijs Sicula, Apula, Romana Prouincialis; ter ſummi Pontificis iuſſu Vicarius Generalis Ordinis; ſui ſemper ſimilis, ac totius obſeruantiæ vera factus effigies, Religionem non minoribus ditauit exemplis, quàm documentis, profundæ, quàm editi monſtrant libri, eruditioni profundiorem humilitatem, ſanguinis nobilitati virgineam puritatem; publicis occupationibus iuge orationis, pœnitentiæ, charitatis otium ſtudiũque

que

que raro felicique iungens commercio, verè dives, quia verè pauper; tandem in tot, tantarumque complexu virtutum, has inter laudes, hæc inter merita, vt vixerat, mortuus est nostris dignior elogijs, quàm lachrymis, ni noster foret, & imitatum mallemus, quàm laudatum.

Vnde nihil aliud nostro licet, superestque dolori, quod addamus epitymbium, nisi vt Vos ad suprema debitaque tantę pietatis viro fraternæ charitatis officia, ad deuota scilicet prò illius anima suffragia publica, & priuata inuitemus. Etsi enim attenta Angelica mortalis eius vitæ serie (quæ pretiosam gloriæ, atque historiæ materiam dabit) neutiquam dubitemus Candidũ nostrum iam inter Candidos Angelorum choros felicem, nedum felicitatis Candidatum, nihilominus (vt piè monet Augustinus) melius ista illi supererunt, quæ non obsunt, quam deerunt, quæ prodesse possunt: Vosque demum hoc in exemplari, quod vobis in hoc perfectionis monte monstratum est, vitæ religiosæ Compendium intuentes, totque virtutis vestigia agnoscentes, ea vt sequamini, & ametis hortemur. Satis enim illum laudauerimus, si imitemur: vt dum in eo humanitatis nostræ vulnera sentimus

ab

ab eodem immortalitatis remedia mutuemur. Valete, & prò Nobis orate. Datum Romæ in Conuentu Nostro S. Mariæ super Mineruam pridie ID. Nouemb. Anno Domini M.DC.LIV.

Fr. Ioannes Baptista de Marinis.

LXV.

P.F. Raimundus Capisuccus.

SVblato è Mortalium oculis Candido, Innocentius Papa X. die XIII. Nouembr. eiusdem anni Millesimi sexcentesimi quinquagesimi quarti Sacri Palatij Magistrum P.F. Raimúdum Capisuccum nominauit. Natus est Raimundus è generosa Capisuccorum Romana familia; quæ Orbi dedit S.R.E. Cardinales, Apostolicæ Sedis Legatos, Pontificum, ac Regum Vicarios, Senatores Vrbis, Exercituum Præfectos, Copiarú Ductores, aliosq. nobiliúscriptorú Annalibus famæ commendatos. Parentes Raimundo fuerunt Paulus Podij Catini, Monterii, aliorumque Castrorum Marchio, & Hortentia

*Castrum S. Angeli, seu Moles Adriani, cuius olim Domini, & Incolæ erant Vrsini Polymartij, Mugnani, aliorumq; plurium Castrorũ Dynastæ; Ex quibus Vnicus hodiè superest Martius Vrsinus Maerbalis filius, Martij nepos, Vicini pronepos, Ioannis Corradi ab nepos &c. *Galeatius Farnesius Farnesij Dominus, &c.*

Mariscotta insignis nobilitatis, & virtutis fœmina, Marci Antonii, Iulianelli, Parranicq; Comitis, & Octauiæ Vrsinæ ex Vrsinis dictis de Castro S. Angeli filia, Octauiam autem genuerunt Vicinus Vrsinus Polymartij Dynasta, & Iulia Farnesia, *Galeatij Farnesii, & Isabellæ ex Comitibus Anguillariæ filia. Ab Inclytis adeò Progenitoribus pietatẽ, ac virtutẽ sortitus Raimũdus, quartodecimo ætatis suæ anno dũ Rethoricæ in Romano Collegio operã daret nostro Prædicatorũ Ordini abdicato seculo nomen dedit, ac de manu P. Vincentij Candidi in Sac. Pal. Magisterio decessoris sui, Cœnobii S. Mariæ super Minervam tunc Prioris, qui Raimundo, quasi maiora præsagiret, valde cupiebat, religiosum habitum induit. Post emensa Philosophiæ, ac Theologiæ studia, vtramque facultatem publicè Romæ professus est cunctis nostri Ordinis Scholasticis muneribus perfunctus. Inde S. Congregat. Indicis Secretarius, & mox etiam Episcop. corã Summo Pontifice Examinator ab Innocentio X. institutus, commissa sibi munera tàm integrè ac è Republica literaria administrauit, vt translato in æternam requiem Candido, illico in eius locum Sacri Palatij Magister suffectus fuerit, in

qua nobili Præfectura cum sui, & Ordinis laude maxima viuit, concredito sibi muneri accuratissimè satisfaciens.

ITa consueuit Apostolica Sedes ex Prædicatorum Ordine Sacri Palatij Magistros sibi deligere, vt etiam hoc idem præstare Pseudo-Pontifices non omiserint. Inter hoc fuit P. F. Nicolaus de Sancto Saturnino Gallus, qui fuit Magister Sacri Palatii Clemente VII. Pseudo-Pontifice, & Vrbano VI. vero Pont. in Petri Cathedra sedente. Fuit Nicolaus Vir doctissimus & ab eodem Clemente Cardinalis tit. S. Laurentij Panisperperna creatus die 16. Decemb. 1378. absens tamen, & sequenti anno die 25. Iunij solemniter Massiliam ingressus est, vbi Clemens erat, Cardinalitium Pileum recepturus; Auenione decessit die 23. Ianu. 1382. in Dominicanorũ Templo ibidem tumulatus.

Spondanus in Auctor. Chronolog. Plod. inter Card. Ord. Lucarinus in Catalog. Mag. S. Palatij Ex lib. Prouis. Prab. eiusdem Clem. 7.

II.

P.F. Io: de Nouocastro.

HVnc Clemens VII. in sua obedientia ita nuncupatus Magistrum Sacri Palatii, post assumptionem Nicolai ad Purpuram elegit: qui cum esset ex Burgundia oriundus eiusdemque Clementis consobrinus, nobili loco natus, Vir doctus, & magni nominis Theologus, ab eodem Sacri Palatii Magister anno Milles. trecentesimo septuagesimo octauo creatus fuit primò: Deinde Tullensis Episcopus post quatuor annos institutus; tandem S.R.E. Cardinalis ab eodem Pseudo-Pontifice Clemente VII. nuncupato, renunciatus fuit die 23. Decemb. Anno Millesimo trecentesimo octogesimo tertio, sub Tit. SS. Quatuor Coronat. Ostiensis Episcopus postmodum institutus, Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nuncupatum, die XI. Octob. an. 1394. solemni ritu coronauit. Quindecim annis in suo Cardinalatu vixit, obiitque prope Auenionem in loco, qui dicitur Villanoua die 4. Octob. an. Milles. trecentesimo nonagesimo octauo, ibidem apud

Car-

Carthusianos conditus. *Ex lib. prouis. Prælat. eiusdem Clem. VII. Gall. Christ. tom. 3.*

III.

P.F. Sancius de Porta.

EVecto ad Purpurã Ioanne idẽ Clem. VII. Sac. Pal. Mag. P.F. Sãcium à Porta Aragonensem elegit, qui cum esset maxima in agendis dexteritate præditus, sacræ theologiæ Laureatus celeberrimus, eidem Clementi carissimus fuit. At Sancius animaduertens diro schismate Ecclesiam lacerari cum Sanctissimæ Pentecostes die in publico Pontificio sacello coram Benedicto XIII. nuncupato, eiusque assecl is, de more oraturus esset; Spiritu Æterni Patris per os eius loquente, de tollendo schismate, tam ardenti, constantique pectore perorauit, vt auditorum animos in suam sententiam traxerit, Benedictique odium maximum in se concitauerit, à quo in carcerem statim detrusus, duobus annis ibidem miserrimè vixit. Amicorum postmodum auxilio inde eductus, in Aragoniam aufugit: viditque tandem optatã tran-

tranquillitatem Ecclesiæ restitutam, in qua decessit An. Milles. quadringentesimo decimo nono. *Olmed. in vita B. Raymundi de Capua Mag. Ord. & Lucarin. vbi sup.*

I V.

Sanctus Vincentius Ferrerius,

TAnta erat in veri, ac legitimi Pontificis cognitione tunc temporis ambiguitas, vt S. Vincentius Ferrerius ad Petri de Luna, Benedicti XIII. nuncupati, partes declinauerit, à quo Sacri Palatii Magister creatus fuit post Sanquo de Porta. Pluribus annis eidem Benedicto inseruiuit S. Vincentius; at vnione Ecclesiæ in Constantiensi Concilio facta, Martino V. obedientiam præstauit, atque contra Petrum de Luna in priuatis, publicisque colloquiis, ex suggestu, & semper, quoad vixit, prædicauit, eius in Pseudo Pontificatu pertinaciam increpando. Obdormiuit postmodum in Domino Venetiæ in Brittannia Minori An. Milles. quadringentes. decimo nono innumerisque miraculis clarus à Calisto III. in Sactorum album relatus fuit. *Lucar. & Fernand. vbi sup.*

LE-

LECTORES SACRI PALATII.

CONsueuit Apostolica Sedes, quæ Magistra est veritatis, in Vaticano Palatio Doctores præstantissimos enutire, qui sacras literas ibidem edocerent, diuinasque scripturas doctissimis commentarijs illustrarent; & hi communi nomine Sacri Palatij Lectores nuncupabantur, qui tam ex secularibus, quàm ex Sacris Ordinibus indiscriminatim assumebãtur. Perstitit diu in Vrbe laudabilis hæc consuetudo vsque ad Leonis X. Pont. Max. tempora, qui publico auditorum commodo consulturus, atque à disputationum clamoribus Apostolicum Palatium vindicaturus, Romanam Sapientiam in Vrbis nobiliore parte construxit, Doctoribusque annua stipendia constituit, quæ Sixtus Papa V. postmodum auxit: factumque est ex eo tempore vt Doctores huiusmodi, non Sacri Palatij amplius, sed Romanæ Sapientiæ, Lectores nuncuparentur.

Fuere ex Ordine nostro quãplures, qui in Sacro

cro Palatio diuinas literas interpretabantur; & hi ex lectione, quã habebant, Baccalaurei, vel Lectoris sacri Palatii nomen consequebantur. B. Ambrosius Sansedonius de Senis à Clemente Octauo Pont. Max. sub die 22. Martii Romano Martyrologio ascriptus; Sacri Palatii Vniuersitatem, iam pridem Friderici Secundi, eiusque sequacium persecutionibus Romanæ Ecclesiæ illatis, solutam, ex Pontificio decreto Vrbani IV. restituit, in eaque Lector tribus annis cum sua, & Ordinis laude maxima docuit. Factum D. Iulius Sansedonius Grossetanus Episcopus in eiusdem B. Ambrosij Sansedonii gentilis sui vita, quã Romæ apud Iacobum Mascardũ cum Pauli V. Pont. Max. priuilegia an. 1611. impressit, in hunc modum pandit. *Essendo mãcate in Roma le scole publiche di Theologia per le turbolenze di quei tempi, ne' quali Federico Secondo, e seguaci suoi haueano lungamente trauagliata la Chiesa di Dio; & essendo il Romano Pontefice molto ben sodisfatto di Frate Ambrosio per quello, che adoperato l'haueà per seruigio di S. Chiesa, volle promouerlo à Vescouado; ma ricusando egli per humiltà, si serui di lui per riformare & à buono stato ridurre lo studio di Roma, oue lesse Theologia tre anni, è predicò in detta Città con grandissimo concorso, non solo di popolo, mà di Cardinali, di Prelati è*

Signo-

Signori, è d'huomini scientiati: è piacque à Dio benedetto di produrre largo frutto dalla semenza della sua parola per ministerio di F. Ambrosio à salute dell' anime, & à riduzzione in bona forma dello studio publico di Roma, oue nondimeno era egli pauroso grandemente di stare, temendo l'applauso delle sue lettere, è predicationi. Hæc ille. Fuisse autem B. Ambrosiũ dum esset Prior in Conuentu Vrbeuetano ad Ianuenses Apostolicum Legatum transmissum An. Milles. ducentesimo sexagesimo quarto, docet Bzouius noster in Annal. Eccles. ad præfatum annum sub num. IX.

Ad Magistrum Ordinis autem, atque Generalia Capitula Lectorum Sacri Palatii institutio, ex Apostolico indulto tunc spectabat. Vnde In Generali Auenionẽsi nostri Ordinis Capitulo an. 1442. celebrato P.F Matthæus de Finario Ligur ad legendum sententias in Sacro Palatio fuit assignatus: & in sequenti Capitulo apud Diuionem anno 1444. congregato, P. F. Bartholomæus Penades Hispanus ad idem fuit munus assumptus. Et in Capitulo in Monte Pessulano collecto, P. F. Ludouico Vincentio Hispano idem munus fuit demandatum; quorum omnium tale extat apud Fernandez testimonium. *Notandum est, quòd non solum Magistri*

Sacri Palatij assumebantur semper ex Ordine Prædicat. sed etiam Lectores Sententiarum, & sacræ Scripturæ. Et isti eligebantur semper in Capitulis Generalibus, vt in Capitulo Generali an. 1442. Auenione celebrato electus est F. Matthæus de Finario Ligur Lector Sacri Palatij & in Capitulo Gen. apud Diuionem 1444. F. Bartholomæus Penniades Hispanus; & in Capit. Gener. apud Montem Pessulanum an. 1456 F. Ludouicus Vincentius Hispanus. Et erant distincta officia; nam Lectores non tantùm è nostra familia assumebantur, & legebant, sicut inodò in Academia Romana, quam vocant Sapientiam.

Instituebantur quoque huiusmodi Sacri Palatii Lectores à Magistris Generalibus nostris; in cuius veritatis argumentum sequentia adducimus testimonia ex eorundem Regestis fideliter deprompta.

P. Baccalaureus F. Io: de Candido ex Trinacriæ Prouincia sub Sixto IV. Pont. Max. à Magistro Ord. Leonardo de Mansuetis, ad legendum sententias in Sacro Palatio fuit deputatus: ita enim in eiusdem Regesto §. *Prouincia Trinacriæ, pag.* 95. emicat. *Die* 5. (scilicet Iunij anno 1474.) *F Io: de Candido Baccalaureus, fuit deputatus ad legendum sententias in Sacro Palatio pro primo anno, pro gradu, & forma, & completa lectura habuit licentiam accipiendi insignia Magistralia vbicumque.*

P.F.

P.F. Petrus Ploger ex Theutoniæ Prouincia sub Sixto IV. erat Apostolici Palatii Baccalaureus An. 1474. ex sequenti præfati Magistri Ordinis Regest. testimonio §. *Prouincia Theutoniæ. pag. 87. F. Petrus Ploger Baccalareus Apostolici Sacri Palatij de Conuentu Francoforden qui à Summo Pont. habuit habilitationem ad beneficia Ecclesiastica; habuit licentiam morandi extra Ordinem, & officiandi & eleemesynas recipiendi, Et nullus inferior molestet. Perusiæ 3. Augusti 1474.*

P.F. Io: Augustini de S. Miniate supradicto anno ab eodem Generali Magistro in Baccalaureum Sacri Palatii fuit assignatus, prout ex eiusdem Regesto §. *Prouincia Romana pag 52.* in hũc modum colligitur. *F. Io: Augustini de S. Miniate fuit institutus, & assignatus in Baccalaureum prò forma, & gradu Magisterij prò secundo anno in schola Sacri Palatij, cum gratijs & libertatibus consuetis Prati vltima Augusti 1474.*

In eodem Sacro Palatio erant quoque Baccalaurei extraordinarii, qui ab eisdem Generalibus Magistris instituebantur: quapropter in præfati Leonardi de Mansuetis Regest. §. *Prouincia Franciæ pag. 29.* ita habetur. *F. Io: Clerici Conuentus Brugellen. fuit institutus Baccalaureus extraordinarius Vniuersitatis Sacri Palatij sub Magistro dicti Sa-*

cri Palatij prò gradu, & forma Magisterij 17. *Iunij* 1474. *Romæ*.

Erant quoque ibidē Lectores Biblici ab eisdem Magistris Ord. instituti, quod sequenti testimonio ex præfati Generalis Mag. Regest. ex scripto §. *Prouincia Romana* pag. 53. comprobatur *F. Geminianus Laurentij de Florentia fuit assignatus in Biblicum Sacri Palatij pro gradu, & forma Magisterij. die* 7. *Iunij* 1474. *Romæ*.

In eadem Sacri Palatij Vniuersitate gradus quoque de Magistrorum Ord. licentia suscipiebantur à nostris Fratribus; quapropter in Reg. præfati Generalis Mansueti §. *Prouincia Saxoniæ* pag. 226. ita habetur. *Magister Daniel Egher Conuentus Vuessalienſis habuit approbationem lecturæ ſuæ, & Magisterij ſuſcepit in Vniuerſitate Sacri Palatij, & gaudere poteſt priuilegijs Magiſtrorum vt verus Magiſter. Nullis obſtantib. in contrar.* 7. *Martij* 1475. *Romæ*.

In Regesto autem Magistri Ord. Ioachimi Turriani §. I. *Vngaria* (in quo Regesto Prouinciæ Ordinis iuxta earundem antiquitatem, & præcedentia annotatæ sunt secundùm alphabeticam seriem, & ideo Vngariæ Prouincia sub litera I. constituitur, quia tunc temporis nonum consequebatur locū inter Prouincias Ordinis.) ita testatum reperitur pag. 159. *F. Gregorius Bac-*

calaureus Conu. Garen. habet licentiam fuscipiendi insignia Magistralia in Vniuersitate Sacri Palatij, dummodo sibi de iuramento &c. Romæ 6. Februarij 1490.

Et in eodem Reg. sub eodem an. 1490. pag. 159. ita habetur. *F. Petrus Conzarensis potest suscipere Magisterium in Vniuersitate Sacri Palatij.* Sicut verò ex Pontificio decreto Ordinis nostri professores in Curia, hoc est in Sac. Palatio permanentem pro legendis sententiis cathedram moderabantur, ita & Franciscani & alii suã obtinebant idq. sequenti testimonio ab eruditissimo P. Abbate Vghello cõmunicato, atque ex lib. 1. Obligat. Prælatorũ Bonifacii Papæ VIII. desumpto, comprobatur. *F. Gentilis de Monte Florũ Ord. Minorum Lector in Curia pro dicto Ordine factus est Cardinalis die Mercurij 2. Martij* 1300 Cuius mentionem facit F. Franciscus Longus Coriolanus Capuccinus in suo Breuiario Chronologico, cum de Lectoribus Sacri Palatij Ord. Franciscani tractat, & de institutione Magisterij eiusdem facta in persona S. P. Dominici.

Ex quibus omnibus manifestè apparet, in Sacro Apostolico Palatio Vniuersitatem, Scholasque fuisse, in quibus Lectores, Baccalaurei Ordinarij, & Extra ordinarii, atque Biblici docebant, graduíque Magisterii ibidem suscipiebatur

tur per manus Magistri Sacri Palatii, qui in eadem Vniuersitate præsidebat, eiusque resolutioni, & decisioni cũcti Lectores Curiæ acquiescebant: quos tamen Lectores Sacri Palatii Magistros neutiquam fuisse, luce clarius conspicitur, cum eisdem temporibus, quibus præfati Lectores in Sacro Palatio docebant, in Apostolica Curia Sacri Palatii Magistri à nobis supra relati, vigerent. Nominum igitur Magistri, & Lectoris Sacri Palatii, similitudine quidam scriptores decepti Sacri Palatii Lectores Magistros Sacri Palatii eosdem falsò vocitauere: Nam Magisterium hoc nobilissimum à S. Patre Dominico institutũ, ita in filiis suis ex singulari Apostolicæ sedis gratia per quadringentorum quadraginta quinque annorum seriem continuata successione fuit consolidatum, vt non nisi Dominicani instituti professorem Christianus Orbis agnouerit.

FINIS.